õ autem ad dextram et ſiniſtram; —
nam è contrà brevior ſiet illius axis
parallelus. ſimiliter comprimuntur —
oẽs liquidi moleculæ; ac proindè reactio
illarum tanta ẽ ſurſum quanta deorſùm
et ad latera.

Hinc 1º in tubo ABCD partes aquæ q̃ ſt ad latera tubi premuntur toto pondere aquæ contentæ in collo AB.



p̃ur. tota enim aqua AB premit

pondere ſuo aquam BE ſubjectam. atqui
aqua BE ō premi pt gravitate aquæ AB
quin compreſſionem transferat in omne
liquidum collaterale. gō totum liquidum
collaterale premitur toto pondere liquidi
AB.

hinc 2º. ſi ad varias partes basis CD
aptentur epiſtomia æqualia collo AB, ſingula
premantur totâ ui et gravitate aquæ AB.

pūr. aqua enim tangens hæc epiſtomia
comprimitur totâ ui gravitante aquæ AB.
gō reagit in ſingula epiſtomia ꝑ totam
illam uim.

hinc 3º. ſi latera tubi perforarentur
in parte ſuperiori ſeu oppoſitâ basi, et
foraminibus æqualibus collo AB optarentur
epiſtomia 1, 2; hæc repellerentur ſurſum
totâ ui quâ liquidum AB premit aquam
ſibi ſubjectam.

pūr ex modò dictis.

hinc 4º ~~latera tubi perforata~~
epiſtomia aptata basi 3, 4 ..

aliquantulò magis premuntur quam epistonia aptata parti laterum superiori.

pūr. epistonia enim 1,2 ō repelluntur sursum nisi p̄ gravitatem aquæ AB; epistomia verò 3,4 æ st infrà os tubum premuntur insuper toto pondere aquæ 1,3 v̄ 2,4. ḡo hæc magis premuntur quam illa.

hinc 5° epistonia inferiora ō minùs premuntur quam si latitudo tubi ēet uniformis et æqualis basi, altitudo autem ēet æqualis collo.

pūr. aqua enim 1,3 tn̄ premitur p̄ columnam AB quantum premitur p̄ columnam 1,7 æ ipsi perpendiculariter et immediatè superponeretur, si tubus ēet uniformis. ḡo et epistomium tantùmdem premit.

hinc 6° faciliùs tn̄ sustentaretur tubus CDA quam tubus uniformis CHMD.

p̄ūr. in tubo uniformi columnæ colla=
terales tn̄ gravitate ſuâ pellerentur deor=
ſum quantum ui repercutiente ſurſum.
ḡo nullatenùs agerent p̄ ſuam uim reper=
cutientem in partem tubi ſuperiorem.
ḡo p̄oām nullatenùs adjuvarent ad=
ſustinendum tubum. at verò in tubo
CAD columnæ collaterales reagunt in
ſuperiorem tubi partem et ſuperiora
tubi latera ſurſum agunt quantum
agerent ſurſum epistomia illis lateribus
æqualia. ḡo adjuvant p̄oām ad tubum
elevandum v̄ ſustinendum.


Hinc 7.o p̄oa ſustinens tubum CAD
ō ſentit niſi vim æqualem gravitati
aquæ replentis illum tubum.

p̄ūr. aquæ enim gravitas tota frangitur
p̄ illius uim repercutientem agentem ſurſum.
ḡo p̄oa ō uincendam h̄et niſi eam partem
illius uis repercutientis q̄ ē æqualis illius
gravitati; neque ſustinet gravitatem niſi

æquivalenter ſeu quatenus ſuſtinet vim repercutientem æqualem gravitati et ortam à gravitate.

theſis 1.a liquida ponderant in ſolida ſibi ſubjecta ſecundùm altitudinem perpendicularem ~~add~~ habitâ ratione baſis: ſive, qd idem ē, preſſio liquidorum in corpora ſubjecta æſtimanda ē ex altitudine perpendiculari multiplicatâ p̄ basim.

pbur 1.o experientiâ. ſint enim tubi diverſæ figæ et diverſæ capacitatis. in ſingulis æqualis ſit altitudo perpendicularis aquæ, et illorum fundo aptentur epiſtomia æqualia. pondus H applicetur ad brachium bilancis, aliud autem brachium uniatur cum filo ferreo EB, et filum illud uniatur epiſtomio ACD occludenti



orificium inferius tubi XX. constant 1º
preſſum liquidi in epistomium eò ēē marem
quò mar ē liquidi altitudine ū basis, ecumque
tandem ſit ſit figa tubi. 2º constat quod ſi
pondus appensum alteri brachio libræ ſit
in equilibrio cum epistomio unius tubi,
ſit etiam in equilibrio cum epistomiis
æqualibus aliorum quorumdam tuborum,
modò altitudo liquidi ſit æqualis in oibus
tubis. 3º constat è contrà qd ō ſit tale
equilibrium, ſi inæqualis ſit aquæ altitudo
perpendicularis, aut ſi inæqualia ſint
epistomia. go &c.

pūr 2º raone. 1º liquida ponderant
ſecundum altitudinem perpendicularem;
nam quò mar ē altitudo perpendicularis,
eò mar et validior ē preſſio. go &c.
pūr aens: quò mar ē altitudo perpendicu-
laris, eò ſt plures partes liquidi perpendicu-
lariter incumbentes. aq quò plures ſt partes
perpendiculariter incumbentes, eò mar et
validior ē preſſio. go quò mar ē altitudo

perpendicularis, eò maior ē pressio. probatur: quælibet pars gravitat et premit alias partes sibi subjectas. ergo quo plures sunt partes perpendiculariter incumbentes, eò maior et validior ē pressio.

2°. liquida gravitant tantum secundum altitudinem perpendicularem, non verò secundum latitudinem: nulla enim haberi debet ratio columnarum collateralium. ratio ē quia columnæ collaterales liquidi non ita agunt in columnam superincumbentem epistomio, ut augeant vires illius columnæ; nam quantum columnæ collaterales agunt in columnam mediam, tantum columna media agit in columnas collaterales. et verò liquidi columnæ omnes sunt inter se in equilibrio. ergo columnæ collaterales non augent vires columnæ mediæ superincumbentis epistomio, ac proindè pressio debet æstimari ab altitudine.

3°. habenda ē ratio basis: quò enim

basis ē latior, eò plures liquidi partes
incumbunt solido subjecto. ḡo cūm ǣlibet
pars gravitet, eò pressio debet ēē m̄ar quò
basis ē latior.

p̄ basim hic intelligimus dimensionem
in longum et latum infimæ aquæ contin=
gentis immediate epistomium v̄ aliud q̄dcum=
que solidum. sed ut thesis distinctius
probetur

Dico 1.º quando tubi s̄t uniformes,
ideò pressio liquidorum æstimanda est ex
altitudine p̄ basim multiplicatâ, q̄a gravi=
tas liquidi sustentati verè respondet altitu=
dini p̄ basim multiplicatæ.

p̄ūr. quando bases duorum liquidorum
s̄t æquales et altitudo unius tripla, tunc
triplo m̄ar copia liquidi perpendiculariter
incumbit solido. ḡo basis liquidi triplo
magis premitur p̄ triplam ejus gravi=
tatem. ḡo triplo magis debet premere
epistomium. 2º. si altitudo Liquidorum
sit æqualis, et latitudo unius tripla,
basi triplæ superponitur pariter tripla

liquidi copia. ḡo basis triplo m̄ar, triplo magis premitur, et premit epistonium. : . . 3º. propter eandem raonem pressio liquidi ēet nonupla, si basis ēet tripla, et altitudo pariter tripla: tunc enim basi perpendiculariter superponeretur nonupla moles aquæ, et cōenter nonupla gravitas. ḡo ideò pressus liquidorum æstimandus ē ex altitudine ꝑ basim multiplicatâ quando tubi st uniformes, q̄a gravitas liquidi sustentati respondet altitudini ꝑ basim multiplicatæ.

obes. quò tubus ē latior eò idem epistomium aptatum eidem orificio sustinet m̄orem aquæ copiam. ḡo &c.

Rēo n̄o āens. epistomium enim ō sustinet nisi columnam aquæ in ipsum perpendiculariter incumbentis.

insts 1º columna media q̄ ē perpendicularis ad epistomium sustinet columnas collaterales q̄ ō st perpendiculāes ad epistomium. ḡo epistomium mediante columnâ mediâ sustinet columnas collaterales.

Rēo disquo aēns. columna media sustinet collaterales in eo sensu q̄d impediat illarum effluxum, cōo. in eo sensu q̄d prematur à collateralibus ita ut propter illas augeatur pressio quam hēt à suâ gravitate, nō aēns et consam. liquida agunt in oēm sensum totâ vi quâ comprimuntur. columna media ad eandem profunditatem ō minùs premitur gravitate suâ quam collaterales. ḡo et media in collaterales, et collaterales in mediam reagunt totâ vi quâ comprimuntur: sed illa reactio fit irrita in quâcumque columnâ, q̄a ipsi opponitur reactio æqualis columnæ contiguæ. itaquè quemadmodùm latera tubi cingentis immediatè columnam mediam, ipsius reactionem oēm comprimerent. ità columnæ laterales comprimunt et irritam reactionem columnæ mediæ: media autem reactionem lateralium.

adverte q̄d variæ columnæ aliæ aliis contranituntur et conantur se mutuò elevare propter actionem suam ad latera. ḡo cùm æqualis sit pressio in lamellis inferioribus oīum columnarum, æqualis ē illarum


actio ad latera; ac proindè æqualis ē contranitentia. ḡo q̄libet illarum impedit ne aliæ ipsi circumfusæ confluant ad latera. ḡo columna media impedit effluxum columnarum collateralium; neque tm̄ ab illis premitur, q̄a, ut jam diximus, p̄ suam actionem frangit vim columnarum collateralium in ipsam.

insbis 2°. columnæ collaterales plures st numero quam columna media. ḡo dent illis prævalere, et eas premere.

Rēo cōo aēns et nō consam. nam columnæ collaterales ō agunt tm̄ in mediam; quandoquidem illarum q̄libet contranititur aliis sibi circumfusis, et frangit earum vim oppositam ad latera. . . 2°. cùm columnæ collaterales se mutuò conentur elevare, q̄libet illarum tm̄ mediam juvat ut alias elevet, quantum alias juvat ut ipsam comprimant.

hinc si tubus alter sit uniformis, alter autem conicus inversus, quales

exhibet figa, uterque tm æqualem ɔ hēat et basim et altitudinem, liquidum in utroque contentum ideò premet æqualiter epistomium



subjectum, q̄a epistomium ō sustinebit pondus columnarum liquidi collateralium.

pr̄ur. epistomium enim aptatum tubo uniformi ō sustinet nisi columnas medias. ḡo à pari et propter eandem rationem epistomium aptatum tubo conico universo ō sustinebit nisi columnam mediam: hæc enim tn̄ aget in collaterales quantum collaterales in ipsam.

Dices. liquidum collaterale offendit obliquè latera tubi inversi. ḡo ō agit in

illa p̄ totam ſuam vim ſed tn̄ p̄ illam partem ſuarum virium q̄ ē perpendicularis ad illa latera. ḡo alia pars q̄ est parallela lateribus vasis ſustinetur per columnam mediam. ḡo auget illius pondus.


R̄eō 1.º n̄o ultimam conſam. columna enim media ō premitur p̄ collaterales ſt p̄ ſuam vim ad latera tn̄ eas repellat quantum ipsæ in mediam agant. verum cōns. ḡo et aēns.

R̄eō 2.º n̄o primam conſam. quamvis enim directio gravitatis illarum columnarum offendat obliquè latera vasis, q̄a tamen lamellæ earum infimæ agunt in ōem ſenſum totâ vi quâ premuntur, necesse ē ut in latera vaſis effundant vim æqualem ſuæ gravitati.

Dico 2.º quando tubi ſt diverſæ figæ cujuslibet ideò pressio liquidorum respondet basi multiplicatæ p̄ altitudinem perindè ac ſi tubi ſinguli eſſent

uniformes, q̄a lamellæ o̅e̅s basim componentes t̄n premuntur pondere lamellarum altiorum licet collateralium, quantum premerentur p̄ columnam ejusdem altitudinis æqualem basi et uniformem.

explicatur et p̄ur. ſint varii tubi ABCD quorum æquales ſint bases et alti=tudines perpendi=culares. 1° aqua contenta in tubo pyrami=dali ſive conico B tota premitur toto pondere columnæ mediæ. ḡo basis illius tubi t̄n premitur quan=tum basis tubi uniformis A.



2° aqua contenta in parte 1, 2, 3 tubi ſinuosi C premitur totâ altitudine per=

pendiculari 1,2; et hæc preſſio tota transfertur in aquam ſubjectam. ſimiliter aqua contenta in parte 3,4 premitur et totâ altitudine 1,2 et altitudine 3,4. — aqua contenta in parte 4,5 premitur altitudine 4,5; 4,3; 1,2. aqua denique respondens basi premitur altitudine 5,6; 4,3; 1,2. altitudines autem illæ sunt æquales altitudini tubi uniformis. ergo aqua contingens basim tubi sinuosi tantum premitur quantum aqua contingens basim tubi uniformis; quia scilicet lamellæ inferiores premuntur totâ vi lamellarum altiorum licet collateralium.

3.° epistomium aptatum tubo inclinato D tantum propter eandem rationem premetur quantum epistomium aptatum tubo uniformi A. tota enim aqua 3,2 tubi inclinati premitur altitudine 1,2; quandoquidem preſſio columnæ 1,2 tota transfertur in laterales. ergo columna

3,4 premitur ō ſolùm gravitate ſuâ, ſed etiam gravitate 1,2. ḡo tota aqua 5, 4 — premitur altitudine 4,3; 1,2. eodem pondere et insuper gravitate ſuâ premitur columna 5, 6, et ſic cœnter: adeòque tota basis 7, 6 pellens epistomium premitur illis ōibus altitudinibus, æ collectæ ſunt æquales altitudini tubi uniformis A. ergò epistomium aptatum tubo inclinato tm̄ pellitur quantum epistomium aptatum tubo uniformi.

obēs. in tubo inclinato D ō ē mār aquæ copia quam in tubo perpendiculari A, ſed ē æqualis copia in utroque tubo, ut demonstrant geometræ; et tm̄ aqua tubi inclinati ſustentatur lateribus tubi. ḡo minùs premit basim quam in tubo perpendiculari.

Rēo cōo aēns, n̄o consam. vidimus enim mīrem aquæ copiam tm̄ premere basim in tubo conico, quantum major copia baſim premat in tubo uniformi. ḡo nihil mirum ſi

æqualis aquæ copia licet ſustentata p̄ planum inclinatum ō minus premat basim. rāo ulterior ē q̄a quemadmodum in tubo conico recto sic in tubo inclinato tota preſſio columnarum altiorum transfertur in minus altas.

insbis 1.º solida eò minus premunt quò magis ſustentantur. ḡo à pari liquida.

Rēo cōo aēns, n̄o consam. disparitas ē q̄a partes solidorum s̄t unitæ, nec agunt ut se mutuò elevent; sed contrà p̄ totam suam gravitatem se mutuò adjuvant ut removeant obices v̄ uni illarum oppositos; adeòque solidi v̄ una pars ſustineri ō p̄t quin ſustineantur aliæ. partes autem liquidorum ō s̄t unitæ sed variæ illorum columnæ agunt ut se mutuò elevent et comprimant; undè licet ſustineantur columnæ collaterales in tubo conico inverso v. g., columnæ t̄m perpendiculares totam vim suæ gravitatis liberè effundunt in epistomium ſubjectum.

insbis 2.º solida premunt secundùm

latitudinem et ō tn̄ ſecundùm baſim. gō à
pari liquida.

Rēo cōo aēns, n̄o consam, eadem ē dispa=
ritas æ ſuprà, quamuis enim ſustinendæ ſint
ab epistonio columnæ liquidi ipſi ſuperpoſitæ ō
ſustinendæ ſt columnæ laterales ā ō ſt unitæ
cum mediis. at uerò epistomium ō pōet elevare
columnam ſolidi ipſi ſuperpositam quin ſimul
elevaret columnas laterales cum eâ unitas.

insbis 3o. ſi aqua tubi conici congeletur, —
minùs premet epistomium quam aqua tubi
uniformis. gō à pari minùs premere dēt ∽
antequam congeletur.

Rēo n̄o consam. disparitas est quia
columnæ liquidi ā ō ſt unitæ agunt ut ſe—
mutuò elevent, et ideò tota preſſio columnæ
altioris transfertur in laterales quæ proindè
tn̄ quantum premerentur ſi eēnt æquales
columnæ altiori. in ſolidis autem una colum=
na ō agit ut aliam elevet, ſed contrà tendunt
oēs eòdem; neque minores tn̄ premuntur quan=
tum quantum premerentur ſi oēs eēnt æquales

columnæ altiori.

thesis 2ª. si nullum eēt elaterium in liquidis, ō celeriùs effluerent è tubis altioribus quam ex minùs altis.

explicatur. constat experientiâ liquidorum velocitatem effluentium respondere radici quadratæ altitudinum, aquam v. g. duplo tn̄. celeriùs effluere ex altitudine quadruplâ, triplo celeriùs ex altitudine nonuplâ, quadruplo celeriùs ex altitudine sexdecuplâ; quæritur ā sit causa illius velocitatis. phisici passim docent eodem modo raōcinandum ēe de motu liquidorum effluentium et de illorum pressu in solida subjecta, undè concludunt liquidum contentum in tubo quadruplo àltiori ō premere quadruplo magis epistomium nisi q̄a amoto epistomio flueret motu quadruplo; nos autem ab hac sententiâ discedimus. itaquè

p̄ur thesis. aqua æquè celeriter effluer et è tubis inæqualiter altis, si velocitas lamellarum ejus infimarum nullatenùs augeretur propter pressionem lamellarum

ſuperiorum. āq nullatenus augeretur propter illam preſsionem ſi nullum ēet elaterium in aquâ. ḡo ſi aqua nullum hēret elaterium, æquè celeriter efflueret è tubis inæqualiter altis. . . p̄ur mir: 1º corpus compreſſum aperto orificio nullam acquirit velocitatem ex preſsione præteritâ ſi ō ſit elaſticum, vis enim comprimens tota fuit irrita propter occurſum obicis occludentis orificium. 2º: ō pt accipere velocitatem ex preſsione quam patiatur aperto orificio, q̄a tunc liberè decidit gravitate suâ, nec impedit deſcenſum corporum ſivè lamellarum ſuperiorum et cōenter illarum pondere onerari et comprimi ō pt..

confirmatur. ſi tubus v̄ pulvere plumbæo, v̄ cineribus, v̄ aliis quibuscumque granulis non elaſticis impleretur, aperto orificio corpuſcula illa ō celeriùs deciderent cum ānarem quam cūm mirem hērent altitudinem intrà tubum. ḡo à pari &c.

obes. velocitas columnæ perpendicularis effluentis augetur propter compreſſionem columnarum lateralium. ḡo quamvis nullum ēet

elaterium in liquidis celerius tm̃ effluerent è tubis altioribus.

Rẽo ñō aẽns. si enim columnæ laterales augerent celeritatem effluxûs quò plures eẽnt columnæ laterales eò liquidum celerius effluerent. cons̃ ē̃ contrà experientiam: velocitas enim liquidorum effluentium respondet semper ō eorum latitudini sed altitudini, ū potius radici quadratæ altitudinum, nullâ habitâ raone latitudinis. gō &c.

insbis 1.º si nullæ eẽnt columnæ mediæ, laterales effluerent. gō mediæ impediunt ne laterales effluant easque proindè sustinent et ab illis comprimuntur. gō ab illis accipiunt quandam velocitatem.

Rẽo ñō ultimam consam. compressio enim nullum motum sensibilem producere pt̃ p̄ se ipsam, sed motus qui illam sequuntur in corporibus elasticis oriuntur ab elasticitate.

insbis 2.º quando glans plumbea in aliam incurrit centraliter eam

comprimit et removet. gō motus glandis percuſſa oritur ab illius compreſſione. glans tm̄ plumbea ō h̄et elaſticitatem. gō compreſſio producit motum p̄ ſe ipſam.

Rēo cōo aēns, nō conſam. glans enim plumbea eundem motum accepiſſet licet utraque fuiſſet perfecte dura, ac proinde quamvis nulla praeceſſiſſet compreſſio. gō illius motus ō oritur ex compreſſione ſed ex ſimplici percuſſione qd adeo verum eſt ut ſi glans plumbea percutiens h̄eat ante collisionem motum ut quadraginta, et glans percuſſa aequalis mediam illius motus partem accipiat propter percuſſionem, glans illa percuſſa motum duplo maiorem nempe motum ut quadraginta acceptura ſit, ſi ſtā ſit perfecte elaſtica. primo enim accipiet motum ut viginti propter percuſſionem. deinde autem elaterium ſubſequens compreſſionem ortam ex percuſſione ut viginti, dabit illi inſuper motum ut viginti.

inſbis 3ᵒ. columnae collaterales percutiunt columnam mediam. gō poūnt augere illius velocitatem.

Reo n̄o aēns. neque enim corpus propriè dicitur aliud percutere niſi quatenus movetur celerius et corpus percuſſum recedens aſſequitur, atque in ipſum vi ſuâ incutitur. columnæ autem collaterales n̄ celerius decidere poſſunt quam columna media. go ipſam incuti n̄ poſſunt, nec conſter augere illius velocitatem. n̄ agunt ergò in mediam niſi quatenus dextræ eam premunt ſiniſtram verſus, ſiniſtræ autem verſùs dextram.

insbis 4° ſi orificium inferius tuborum æquale eēt illorum baſi, liquida celerius effluerent è tubis altioribus quam è minus altis. go velocitas illorum augetur c propter compreſſionem columnarum lateralium.

Reo n̄o aēns. nam ſi res ita eēt eò celerior eēt effluxus, quò mār eēt latitudo tubi. undè ſæpè contingeret ut è tubis altioribus ſed ſtrictioribus liquidum minus celeriter flueret quam ex aliis minus altis ſed multo latioribus; qd ē

contrà experientiam.

aduerte tm q̄d aqua fluens è tubo altiori post aliq̄d et breve tempus longè minùs superet velocitate aquam fluentem è tubo minùs alto, quam initio effluxûs. nam propter acceleraōnem gravitatis, æqualiter continuò augetur celeritas aquæ fluentis è tubo tùm altiori tùm minùs alto.

insbis 5.º undènam ḡo oritur major velocitas quâ liquidum fluit è tubo altiori.

R̄eo oritur ex ui elasticâ liquidi.

insbis 6.º in tubo quadruplo altiori pressio ē quadrupla. ḡo uirtus aquæ elastica dēret producere motum quadruplum.

R̄eo cōo aēns, n̄o consaon. effectus enim elasticitatis perfectæ ō st nisi ut radices quadratæ pressionum. ḡo ubi ē pressio quadrupla ō dēt ēē nisi motus seu velocitas ut duo.

insbis 7.º sed quarè uirtus aquæ elastica ō producit nisi motum duplum quando pressio ē quadrupla.

Ræo aqua in tubô quadruplo altiori quadruplo profundiùs premitur. g° ō pt restitui in pristinum statum quin diducatur quadruplo magis sivè ad spatium quadruplum. cùm autem causa virtutis elasticæ sit continua et equabilis, aqua tempore duplo diducitur ad spatium quadruplum. ō acquirit tm tempore duplo nisi duplam vim seu velocitatem. g° finitâ diductione et expansione, ō reperietur nisi velocitas dupla in aquâ q̄ fuerat quadruplo magis compressa.

insbis 8° inæqualis velocitas quâ fluit liquidum ē tubis inæqualiter altis pt meliùs sic explicari, ut vulgò explicatur à phisicis: 1.° in tubo quadruplo altiori aqua quadruplo magis premitur. pressio quadrupla det hēre effectum quadruplum, ut hēat effectum quadruplum det producere motum

quadruplum. quadruplum producit motum, ſi faciat ut intrà idem tempus effluat dupla aquæ quantitas: dupla enim aquæ quantitas intra idem tempus effluens p̄ orificium æquale, effluit nēario cum dupla velocitate. ãq in duplâ aquæ quantitate effluente cum duplâ velocitate est quadruplus motus, ut patet ſi multiplicetur velocitas p̄ molem aquæ effluentis. g⁰ &c. . . 2⁰. ſi è tubo quadruplo altiori liquidum effluerct cum quadruplâ velocitate, effluerct intrà idem tempus quadrupla aquæ copia. g⁰ preſſio quadrupla produceret effectum ſeu motum ſexdecuplum. . . 3⁰ infima liquidi lamella quadruplo quidem velociũs flueret, ſi ſola ẽflueret. ſed ō p̄t ſola ẽfluere, q̃a trahit ſecum alias liquidi partes ſubſequentes quibuscum ē quaſi connexa.

R̄eo n̄o aẽns. neque enim ea est conjunctio inter varias ejusdem columnæ lamellas, ut inferiores moveri nequeant,

quin ſuperiores eâdem celeritate mo=
veantur, quemadmodum in ſolidis. et
verò ſi lamellæ inferiores traherent
ſuperiores, ſequeretur 1.º qd aqua
tantam haberet velocitatem ſub finem
effluxûs quantam initio, qd est contrà
experientiam. q̄libet enim lamella
traheret ſecum aliam immediatè ſub=
ſequentem æquè celeriter ac ipſa moveatur.
gō quando exiguiſſima aquæ copia rema=
neret in tubo, flueret tn̄ æquè celeriter
ac quando tubus ē plenus initio effluxûs.
ſequeretur 2.º qd compreſſio quadrupla
ō produceret duntaxat motum quadruplum,
ſed octuplum. eadem enim rāo probaret
lamellas ōēs quibus componitur columna
media, tantâ celeritate ferri deorsùm
quantâ feratur infima lamella. gō cùm
in columnâ quadruplo altiori ſint qua=
druplo plures lamellæ ā duplo celeriùs
fluerent, motus illarum ēet octuplus.
inſtbis 9.º è tubis ō fluit tn̄ columna

media seu columna respondens perpendicu=
lariter orificio, sed oēs simul columnæ depri=
muntur, et tantò minùs celeriter quantò
mār ē tubi latitudo. g̃o effectus ō ēet octu=
plus. Rēo 1.º transeat aēns, n̄o consam.
quemadmodùm enim ō consideratur tn̄
velocitas infimæ lamellæ, sed insuper cs
velocitas aliarum subsequentium, ità
considerandus ēet motus oīum lamellarum
in tubo decidentium. aqua autem tubi
quadruplo altioris et æquè lati decideret
duplo celeriùs: occupandum etenim hæret
eodem tempore spatium duplum derelictum
ā duplo mārī copiâ aquæ effluentis duplo
celeriùs ē tubo quadruplo altiori. g̃o motus
aquæ ēet octuplus in tubo quadruplo
altiori, sivè oīs aqua tubi simul decidat,
sivè decidat tantùm columna media.

Rēo 2.º n̄o aēns. aperto enim orificio
decidit tn̄ columna media; laterales
autem super illam depressam labuntur
pondere suo; ideòque superficies liquidi
superior videtur semper uniformis et

plana. . . certè philoſophi quos im=
pugnamus dicunt lamellam infimam
labi ō pōe quin ſubſequentes trahat æquè
celeriter ac ipſa moveatur. ḡo ō pōtat
ſtatuere deindè q̄d aqua effluens movea=
tur celeriùs quam illa q̄ remanet
in tubo. nam ſi aqua fluens ſeparari
poſſit ab aquâ in tubo contentâ, ḡo à
pari lamella infima ſeparí pt à cæs
ſuperioribus.

inſtabis 10.° lamellæ inferiores non
pōunt celeriùs fluere quam ſuperiores,
quin aqua aliquantulum expandatur
et comprimat aërem. ḡo aër elaterio
ſuo dēt impedire ne inæqualis ſit
variarum lamellarum celeritas.

Rēo cōo aēns, nō conſam. aër
enim contentus in aquâ æquipollebat
aëri exteriori antequam comprime=
retur gravitate lamellarum ſuperiorum.
cum autem illarum gravitate fuit
compreſſus, multò mãres vires dēt

quam aër exterior, ac proindè comprimit illum, sed insensibiliter, q͞a insensibilis ē aquæ coarctatio.

insbis 11º juxtà nos aqua perfectè elastica ō deret maxi velocitate moveri amoto epistomio, quam si è supremâ superficie ad epistomium usquè liberè decidisset: tunc enim effluens è tubo ō heret nisi duplam velocitatem: āgtm &c.

Rēo coo marem, n̄o mirem. nam cum aqua descendens liberè p̄ suam gravitatem et continuò æqualiter accelerata confecit spatium quadruplum, ō het nisi motum duplum propter raōnes quibus probavimus spatia decursa augeri per numeros pariter impares quando causa acceleraonis ē continua et æqualis. similiter pressio infimæ lamellæ quadrupla dat coarctationem quadruplam. g͞o vis elastica perfecta lamellam illam feret ad spatium quadruplum tempore duplo. g͞o motus illius ō accelerabitur nisi duplo diutiùs. g͞o finitâ acceleraone ō hebit nisi duplam velocitatem.

Quæres quomodo probari possit expe=rientiâ velocitatem liquidorum effluen=tium respondere radici quadratæ altitu=dinum perpendicularium.

Reo illud præcipuè probant fontes jactiles. constat enim hujusmodi fontes ascendere ad eandem circiter altitudinem, undè aqua efformans illos fontes descendit. itaquè descendens ex altitudine quadruplâ, ascendit deindè ad altitudinem quadruplam. gō initio ascensûs ō hēt nisi velocitatem duplam: vidimus enim corpus grave as=cendens velocitate duplâ, elevandum esse ad altitudinem quadruplam.

intelliges pressum liquidorum in corpora subjecta ō æstimandum ēē ex velo=citate quâ fluunt apertis orificiis inferio=ribus. cum enim pressus est quadruplus, velocitas producta propter illam pressionem ō ē nisi dupla. gō motus sivè velocitas quam pressio producit ō respondet ipsi pressioni. gō pressio ō dēt æstimari ex motu quem producit.

thesis 3ª. cum aquæ transeunt ab alveo latiori in strictiorem, velocitas illarum effluxûs ō augetur nisi q̄a altitudo aquarum perpendicularis fit mār.

p̄ur 1º si velocitas illarum effluxûs augeretur præcisè q̄a transeunt ab alveo latiori in Strictiorem, Sequeretur 1º q̄d aqua fluens à basi in apicem apertum tubi conici immersi intrà fluvium eique paralleli, centuplo celeriùs moveretur exiens è tubo, quam aqua tubo circumfusa, si apex coni sit centuplo angustior quam basis. āq̄tm aqua nullam acquirit velocitatem . . . Sequeretur 2º. q̄d fons jactilis p̄oet in infinitum ascendere suprà altitudinem loci undè descendit, si nimirùm exciperetur tubo conico perpendiculariter erecto, et à basi transiret in apicem infinitè Strictiorem basi; q̄d ē absurdum et contrà experientiam; nullatenùs enim acceleratur dum transit p̄ hujusmodi tubum.

p̄ur 2º. quando cursus aquarum comprimitur occursu parietis v.g., in quo exiguissimi patent aditus perquos aqua

effluere possit, tantâ sensibiliter celeri=
tate fluit p̄ aditus mares quantâ p̄
aditus mires: q̄a nimirùm altitudo —
perpendicularis aquæ ō sensibiliter magis
minuitur propter effluxum p̄ aditum
exiguissimum et decuplo tm̄ marem,
quam p̄ aditum decuplo mirem. .
. præterea variis experimentis constat
velocitatem aquarum effluentium —
respondere radici quadratæ altitudinum.
ḡo concludendum ē velocitatem aquarum
ō celerari cum transeunt ab alveo
latiori in strictiorem, nisi q̄a augetur
illarum altitudo perpendicularis.

Hinc 1.o naves q̄ multùm merguntur
intrà fluvium celeriter fluentem,
multò celeriùs deferuntur quam —
naves perparùm immersæ. in fluviis
enim aquæ inferiores premuntur toto
pondere superiorum. ḡo multò celeriùs
fluunt. ḡo navis multùm immersa

ē proindè impellitur p̄ aquas inferiores et celeriùs motas, marem velocitatem accipere dēt, quam navis parùm immersa ē ō defertur nisi p̄ aquas superiores et tardiores.

hinc 2°. hōes multò faciliùs natant in aquis labentibus quam in aquis quietis, q̄a nimirùm aquæ incurrentes in ventrem natantis hent marem celeritatem quam aquæ superiores incurrentes in ejus humeros. p̄ suum autem motum ō agunt in hōem nisi secundùm perpendicularem puncto contactûs: hæc perpendicularis respectivè ad aquas superiores tendit deorsùm, et respectivè ad aquas inferiores tendit sursum. ḡo motus aquarum inferiorum dēt natantes repellere sursùm.

Dices cum domino Regis et aliis ō paucis. quando portiones liquidi laterales impediuntur occursu molis v. g. flectuntur in portionem mediam eamque comprimunt totâ vi p̄ quam feruntur. ḡo columna media fluere dēt vi quam exprimat motus quem hēbat antè compressionem, et insuper

motus portionum lateralium.

Rēo 1.º nō aens. columnæ enim componentes quamlibet portionem lateralem, dum impediuntur occursu molis ū aggeris, tñ agunt in se mutuò quantum agant in portionem mediam. gō columna media contigua reagendo in columnas à mediâ remotiores, impedit ne remotiores vim suam transferre possint in mediam. gō media ō comprimitur p̄ vim et motum oium columnarum lateralium; sed ad summum dici pt̄ comprimi p minimum motum columnæ quasi infinite parvæ ipsam immediatè contingentis.

Rēo 2.º transeat aens, nō consam. pressio enim columnæ mediæ orta ex reactione columnarum collateralium, tñ pelleret columnam mediam et retrorsum et ad latera quantum antrorsum. gō ō augēret illius celeritatem antrorsum.

Dices iterum. venti celerantur cum transeunt ab alveo latiori in strictiorem, licet ō mutetur altitudo perpen=

dicularis aëris. ḡo à pari motus aquarum det celerari &c.

Rēo 1.º ventos sæpē ō celerari; licet credantur celerari q̄a fiunt fortiores. cū ventorum enim vis oriri p̄t v̄ ex eo quod singulæ aëris moleculæ celeriùs transferantur, v̄ ex eo q̄d plures moleculæ, quamquam non celeriùs, p̄ eundem locum transferantur.

Rēo 2º. transeat aëris, n̄o consequentiam. disparitas ē q̄a quando venti celerantur eorum motus et celeritas oritur ex calore, v̄ ex vaporibus quibusdam. illæ autem causæ eò st̄ mīores quò strictiori in loco coarctantur. motus autem et velocitas aquarum labentium ō oritur ex iisdem causis.

articulus 2.us

de equilibrio solidorum cum liquidis infrà positis.

præmitto. frumentaria mola vacuo superponatur utri. cum utre coeat cūs exiguissimus calamus aquâ plenus et prominens. aqua illa conatur descendere

in utrem. ō pt in eum deſcendere quin utrem ſurſum expandat, et consequenter quin attollat molam q̄æ deorſum premit utrem, atque adeò conatur ejicere aquam utre contentam, attollendo ſcilicet aquam q̄æ replet calamum. ḡo mola et aqua replens calamum, mediante utre contranituntur.

thesis unica. ſolida utribus ſuperpoſita tunc enim in equilibrio cum exiguiſsimâ aquæ columnâ contentâ in exili calamo, quando columna illa tantam hēbit altitudinem quantam hēret alia aquæ columna tam lata quam uter ſuppoſitus, et tn̄ gravitans quantum ſolida utri ſuperpoſita.

p̄ur. aqua enim in utre contenta tn̄ comprimitur p̄ exilissimam columnam utri prominentem, quantum premeretur p̄ columnam aquæ ejuſdem altitudinis et hentem eandem latitudinem quam hēt uter. ḡo reactio aquæ contentæ in utre tanta ē quanta ē gravitas magnæ illius columnæ. ḡo ſi gravitas illa eſſet æqualis

gravitati ſolidi ſuperpoſiti, reactio aquæ conten=
tæ in utre tn̄ utrem repelleret ſurſum quantum
pondere ſolidi pellatur deorſum. ḡo maneret
immotus, ſeu fieret equilibrium.

articulus 3.us

de equilibrio liquidorum cum
ſolidis in ipsa liquida im=
mersis.

præmitto. innumeris experimentis constat
ſolida q̄ in liquidum aliq̄d merguntur tantò
minùs ponderare, quantò plus ponderat moles
illius liquidi par volumini ſolidi immersi. —
undè ſi globus aureus ponderet centum libras
v. g. et mergatur in aquam, gravitas illius
in aquam tn̄ minuetur quantum ponderaret
globus aqueus ejusdem diametri ac aureus.

thesis 1.a ideò liquida tn̄ detrahunt de
pondere ſolidorum immersorum quantum
ipsa liquida gravitant in pari mole, quia
ſolida immersa ſurſum repelluntur à
liquido ipsis ſuppoſito tantâ vi quantâ
gravitet par moles liquidi.

pūr. liquidum enim ſolido ſuppoſitum ō minùs premitur gravitate columnarum liquidi collateralium quam premeretur gravitate liquidi cujus locus occupatur à ſolido. ḡo liquidum ſolido ſuppoſitum agit et deorſùm et ad latera et ſurſum totâ ui quâ premeretur per gravitatem liquidi cujus locus occupatur à ſolido. ḡo p̄ ſuam reactionem tn̄ repellit ſolidum ſurſùm, et coēnter tn̄ frangit ſolidi gravitatem quantum gravitaret par moles liquidi. ḡo rāo cur liquida tn̄ detrahant &c.

obes. ſi uera ēēt theſis, eò plus detraheretur de pondere ſolidi immerſi, quò ſolidum immergeretur ad mārem altitudinem. cons ē contrà experientiam. ḡo &c.

Rēo nō ſequelam. detractio enim respondebit ſemper gravitati paris aquæ voluminis.

insbis 1º quò ſolidum altius immerge=
tur intrà liquidum, eò columnæ laterales
liquidi erunt altiores. g͞o eò magis premetur
liquidum ſolidò ſuppoſitum. g͞o eò magis
ſurſum repellet ſolidum.

R͞eo c͞oo a͞ens et primam conſam,
n͞o secundam. ſicuti enim liquidum ſup=
poſitum pellit ſolida ſurſum, ità ſuperpoſi=
tum ea pellit deorſum, neque vires liquidi
ſuppositi ſuperant vires ſuperpositi niſi
quantum gravitaret moles liquidi cujus
locus occupatur à ſolido.

insbis 2º. g͞o idem pondus minus intrà
aquam ponderaret ſi e͞et ſphericum, quam
ſi e͞et planum et exile. columnæ enim
laterales e͞ent altiores. g͞o fortius comprime=
rent liquidum ſuppoſitum. g͞o liquidum
ſuppoſitum fortius repelleret ſolidum.

R͞eo n͞o conſam. ad probaonem c͞oo a͞ens
et primam conſam ſed n͞o ſecundam. nam
quò mir e͞et altitudo ſolidi plani et exilis,
eò mar e͞et illius basis. g͞o licet ~~aliqet~~ alibet
columna ſuppoſita minus validè ſolidum

repelleret ſurſum, qã tm plures eẽnt hu=
jusmodi columnæ, ſolidum ab illis oĩbus co=
lumnis ſimul coadunatis æquè fortiter
ſurſum repelleretur.

ex hac thesi ãdam deducemus quæ non ſpectant ad equilibrium ſolidorum cum liquidis, ſed ad equilibrium ſolidorum cum ſolidis in medio gravitante. itaquè


Dico 1.º pondera ejusdem gravitatis ſpe=
cificæ q̃ equilibrantur in uno medio, pariter equilibrabuntur in alio quocumque medio, ſeu magis ſeu minùs resistente.

pbur. 1.º quidem ſi pondera ſint æqualia et radii ac distantiæ æquales, æqualis fiet detractio de illorum gravitate. g͞o detractio=
nibus factis equilibrabuntur in aquâ, quemadmodùm equilibrabantur in aëre.

2.º ſi pondera ſint inæqualia, ita ut unum ſit v. g. decuplo minus, cum ex aëre transferentur in aquam, decuplo mãr fiet detractio in pondere decuplo. g͞o vires contranitentes residuæ eandem proportionem hebunt quam hebant

in aëre. ḡo ſervabitur equilibrium. propter ean=dem rāonem ſervabitur ſi pondera inæqualia et equilibria in aquâ transferantur in aërem.

Dices. ad radios æquales appendantur duo corpora conica æqualia et ejusdem gravita=tis ſpecificæ ita ut basis alterius, alterius autem apex ad radios applicen=tur; immergan=tur deindè in aquam. conus cujus apex es erit infrà et in aquam-



mergetur, prævalebit alteri cujus basis mergitur. ḡo falsò dicimus pondera ejusdem gravitatis ſpecificæ &c.

Rēo cōo aens, n̄o consam. hic enim loquimur de ponderibus contranitentibus ā ō aliquantulum tn̄ ſed totaliter transfe=runtur ex uno medio in aliud. rāo autem cur in ſuppositione factâ conus alter præ=valeat ē qā pars illius immerſa ē minor quam pars immerſa alterius.

insbis 1.º si coni illi totaliter immergantur, ille cujus apex radium contingit elevabitur ab alio. ḡo ō servabitur equilibrium.

Reo n̄o aēns.

insbis 2.º conus cujus apex radium contingit facilè p̄t attolli, q̄a dum attolletur aquam findet in modum cunei: et difficilè verō descendere p̄t, q̄a basis illius tunc in aquam dividendam incurreret, ac proindè difficillimus ēēt aquæ refluxus. conus autem alter propter rãnem contrariam faciliùs descenderet quam attolleretur. ḡo d̄et alteri prævalere.

Reo c̄oo aēns, n̄o consam. nam uterque conus invenit resistentiam positivam et æqualem suæ gravitati, nempè gravitatem coni contranitentis. ḡo neuter descendere p̄t. resistentiæ enim negativæ nihil conferunt ad contranitentiam. ḡo licet conus cujus basis radium contingit mirem inveniat resistentiam negativam in aquâ, alteri t̄m prævalere ō p̄t.

insbis 3.º gravitas coni cujus apex –

radium contingit magis minuitur per—
contranitentiam aquæ. ḡo resistentia illius
positiva ō pt equipollere gravitati alterius
coni.

Rēo nō aēns.

insbis 4.º columnæ liquidi ſuppositæ—
basi illius coni premuntur totâ altitudine
coni. columnæ verò incurrentes in varia
puncta laterum alterius coni ō premuntur totâ
altitudine coni. ḡo conus cujus apex radium contin=
git, magis ſurſum repelletur.

Rēo nō aēns quoad primam partem. aq̄a
enim ſuperpoſita lateribus illius coni
premit illum deorſum. undè aqua basi
ſubjecta ō ē consideranda quasi preſſa per
totam altitudinem coni, ſed p̄ altitudinem
q̄ ē inter basim et varia laterum puncta:
quandoquidem preſſio aquæ ſubjectæ et illius
actio ſurſum fit irrita propter preſſionem aquæ
lateribus ſuperpoſitæ, ſi excipiatur preſſio—
quam producit altitudo q̄ ē inter basim et
varia laterum puncta.

Dico 2º. ſi pondera diverſæ gravitatis
ſpecificæ q̄ equilibrantur in uno medio,—

transſferantur in aliud medium densius, tolletur equilibrium; et pondus illud prævalebit cujus mâr erit gravitas ſpecifica.

pūr. cùm enim ex utroque pondere tn̄ detrahatur quantum gravitat liquidi moles equalis voluminis ponderis, cùmque majus ſit volumen ponderis minus ſpecificè gravitantis, cons ē gravitatem illius magis imminui. ḡo ō poterit equilibrari in aquâ cum alio pondere cum quo equilibrabatur in aëre.

Dices. gravitas ponderis minus in ſpecie gravitantis magis minuebatur in aëre quam in aquâ, et tm̄ equilibrabatur in aëre cum gravitate alterius ponderis. ḡo à pari dēt equilibrari et in aquâ.

Rēo nō consam et paritatem. rāo ē q̄a pondera illa ō equilibrabantur in aëre nisi q̄a ponderi minus gravitanti propter aëris detractionem ſuperadditum aliquid fuerat, nempè moles tantillo

m̄ar p̄ quam compensaretur aëris detractio m̄ar in pondere minus gravitante. ḡo ō aliquid eidem ponderi de novo ſuperaddatur cūm transferentur in aquam et r̄aone cujus compensetur detractio multō m̄ar quæ fit in pondere minus gravitante propter aquæ contranitentiam, pondus illud alteri prævalere ō poterit.

Dico 3°. si pondera diverſæ gravitatis ſpecificæ ē equilibrantur in uno medio et transferantur in aliud medium rarius, pondus cujus m̄r erit gravitas ſpecifica prævalebit alteri.

p̄ur. gravitas enim abſoluta ſeu individualis illius ponderis ē multō m̄ar gravitate alterius; quandoquidem equilibrabatur cum alio pondere, licet aqua partem illius gravitatis frangat multō majorem, ḡo cūm tranſferentur in aëra, contranitetur alii ponderi p̄ illas vires gravitatis quas aqua frangebat, et ō non frangentur

in aëre. ergo vires illius contranitentes erunt majores. ergo praevalebit alteri ponderi.

thesis 2a. Solidum quodlibet liquido superpositum, aliquantulum immergetur.

probatur. variae liquidi columnae equilibrabantur antequam solidum superponeretur liquido. ergo columna cui solidum superponetur magis gravitabit quam collaterales quibus superponitur tantum aër qui minus gravitat quam solidum. ergo columna solido subjecta praevalebit, et descendet attollendo laterales. ergo solidum aliquantulum immergetur, id est pars illius infima erit intrà supremam superficiem columnarum lateralium.

thesis 3a. Solidum minus in specie gravitans quam liquidum, non totum immergetur, sed quaedam illius pars enatabit.

probatur. nam antequam altitudo columnarum lateralium sit aequalis altitudini

ſolidi, columnæ liquidi laterales tn̄ prement lamellas ſubjectas, quantum illas premat ſolidum. ḡo antequam totum ſolidum immergatur, tam ſurſum repelletur propter actionem columnarum lateralium in ſubjectas, quam feratur deorſum pondere ſuo. ḡo totum ſolidum ō poterit immergi, ſed ædam illius pars enatabit.

Theſis 4ª. Solidum ejusdem gravitatis ſpecificæ ac liquidum, totum immergetur.

p̄ur. ō prius columnas ſubjectas tn̄ præciſe prement, quantum premantur à lateralibus, quam fuerint totaliter immerſum. tum autem eas æqualiter premet, quandoquidem illius gravitas ē æqualis gravitati aquæ. ḡo totaliter immergetur, neque deinde ulterius descendet, niſi forte ulterius aliquantulum deprimatur propter motum acquiſitum.

Hinc ſi liquidi gravitas ō ſit major in fundo quam in ſummitate vaſis, ſolidum ḡd immergeretur in illud liquidum maneret immotum, in quamcumque transferretur liquidi partem, ſeu multum ſeu parum à

fundo diſtantem.

p̄ūr. ſolidum enim ſive multum ſive parum deprimatur, contranititur ſemper cum pari mole liquidi. ḡo cum tn̄ gravitet quantum par liquidi moles, nec plus nec minus premet columnas ſubjectas quam premantur à collateralibus. ḡo nec pondus prævalebit columnis collateribus, nec ab illis ſuperabitur. ḡo manebit immotum.

verum q̄a partes craſſiores et graviores liquidi deprimuntur quantum poſſunt, aquâ maris v. g. v̄ fluminum v̄ ſtag-norum magis gravitat ad magnam quam ad exiguam profunditatem. ideòque ſolida ejusdem gravitatis ſpecificæ cum aquâ q̄ ē propè ſuperficiem ſupremam maris v̄ fluminum, ſi mergerentur in fundum maris n̄ ibi manerent immota, ſed aſcen-derent.

thesis 2.ª ſolida in ſpecie magis gravitantia quam liquida in q̄ merguntur, ſubſidere dent ſeu petere fundum vaſis.

p̄ūr. columnæ liquidi ſolidis illis ſub-jectæ magis premuntur gravitate ſolidorum

quam gravitate columnarum liquidi latera=
lium. ḡo columnæ ſubjectæ expandent ſe in
columnas collaterales quas attollent, ſimulque
liberum linquent ſolido ſpatium q̄d occupabant.
ḡo ſolida gravitate ſuâ deſcendent in ſpatium
ab illis columnis derelictum.

theſis ita conſtat experientiâ, quemadmodùm
theſes præcedentes. ſed explicanda ſuperſunt
phænomena q̄dam ad hanc quæſtionem pertinen=
tia.

primum phænomenum. naves mercibus
onuſtæ n̄o ſidunt ſive n̄o petunt fundum, licet
tam navis quam merces graviores ſint in
ſpecie quam aqua.

explicatur phænomenum. naves illæ conſti=
tuunt cum aëre incluſo totum aliq̄d in pari
mole levius quam aqua: neque enim aqua navibus
ſubjecta minus eas ſurſum repellit, quam ſi
navis et aër re uerà conſtituerent cum mercibus
unum totum compoſitum ejuſdem voluminis.
verùm ſi navis repleretur aquâ peteret fundum
maris, q̄a aqua navim ſubiens t̄n ferme depri=
meret ipſam deorſum, quantum ſurſum
agatur p̄ aquam ſubjectam. . . propter
eandem raonem fieri p̄ōt cymba ænea quæ
ſupernataret aquæ, licet æs multò magis gravi=

tet in pari mole quam aqua.

Secundum phænomenum. ſolida ſuſtentari poūnt c̄ minimâ aquæ copiâ in vaſis anguſtiſſimis, quorum tota ferè cavitas repletur à ſolidis.

explicatur. propter exiguiſſimum ſpatium q̄d eēt inter ſolidum et latera hujuſmodi vaſorum, aqua ſubjecta expanderet ſe ad latera, et conſcenderet ad magnam altitudinem inter ſolidum et latera vaſis, atque pre=meret deindè aquam infrà ſolidum rema=nentem quantum illam premere poſſent variæ columnæ ejuſdem altitudinis et hentes eandem altitudinem quam ſolidum.

tertium phænomenum. in lagenam longam aquâ plenam mittitur ampulla vitrea homuncioni ſimilis et intùs aëre plena, atque exiguiſſimo foramine per=forata ad latera et verſùs fundum cavitatis. deindè orificium lagenæ occlu=ditur pollice, ita ut aqua lagenam replens vi pollicis aliquantulùm prematur: illicò ampulla decidit, et deinceps amoto pollice

rursùs ascendit; idemque fieri p̄t vicibus iteratis.

explicatur. aqua ui pollicis pressa- ſubit aliquantulùm ampullam quæ tunc gravitat ō ſolo ſuo pondere, ſed insuper pondere illius aquæ q̄ ipsam ſubiit. ḡo augetur pondus ampullæ. ideòque fit gravior in pari mole quam aqua, et cōenter decidere dēt. verùm amoto pollice aër inclusus in uentre homuncionis repellit elaterio ſuo- aquam q̄ penetraverat ampullam; ideòque ampulla fit levior in pari mole quam aqua, quemadmodùm levior erat antè admotum pollicem.

quartum phænomenum. ſpongia mergatur in ſcyphum aquâ plenum et inclusum in recipiente machinæ pneumaticæ. antequam aër extrahatur è recipiente, ſpongia quasi totaliter est immersa, ita ut uix enatare uideatur ſuprà ſuperficiem aquæ ſupremam.- cum autem extrahitur aër è recipiente,

ſpongia multùm elevatur ſuprà aquam.
deindè verò cum primum aër machinam
pneumaticam liberè ſubit, ſpongia petit
fundum ſcyphi, rurſusque attollitur
aëre rurſus extracto; iterùmque decidit
aëre machinam iterùm ſubeunte.

explicatur. in ſpongiâ ſt multi pori
aëre pleni, et ſpongia cum illo aëre
constituit totum aliqd ejusdem ferè
gravitatis cum aquâ, ideòque vix enatare
videtur antèquam aër extrahatur è
recipiente: ſed cum primum aër
extrahitur, ille qui continetur in ſpongiæ
poris è quibus exire ō pt, expandit ſe
et ſpongiam dilatat, ideòque ſpongiæ
volumen fit majus: gō ſpongia tunc
contranititur cum māri aquæ copiâ,
ac proindè dēt enatare. verùm quando
aër ſubit ~~illam~~ iterùm machinam
pneumaticam, comprimit ſpongiam
eò faciliùs qd plurimum aëris

liberè exierat è plurimis ſpongiæ poris.
g° ſpongiæ volumen ē multò minùs quam
antèquam aër extraheretur è recipiente.
g° contranititur cum minori aquæ copiâ,
et aqua minùs detrahit de illius pondere.
g° magis gravitare det in pari mole quam
aqua, et petere fundum ſcyphi.

quintum phænomenum. ſit
globus cujus pars alia ſit ferrea, alia
verò ſuberea, ita ut diverſæ illæ maæ
conjunctæ efficiant aliqd totum in pari
mole ac aqua: globus ille ità mergatur in
aquam, ut ferrum ſit ſuprà, et ſuber
infrà. globus tandiu circumvolvetur donec
ferrum reperiatur deorſùm ſuber autem
ſurſùm, et globi centrum aſcendet intrà
aquam, quandiu fiet hæc media circumvo-
lutio.

explicatur. ſuberis centrum vel non
constituitur in eâdem lineâ p̄ quam cen-
trum ferri dirigitur ad terræ centrum,
v̄ certè propter motum perturbatum vari-
arum aquæ molecularum mox depellitur

ab illâ lineâ. cum primum autem
ſuber ō ſubjicitur perpendiculariter
ferro, propter levitatem ſuam aſcen=
dere det, dum ferrum deſcendet prop=
ter gravitatem ſuam. . . 2° dum hæc
circumvolūo fiet, ſuber impedietur
occurſu ferri ne perpendiculariter
aſcendat, et ferrum occurſu ſuberis
ne perpendiculariter deſcendat. ḡo
ſuber et ferrum partem ſuarum
virium effundent in ſe mutuò ad
vincendum obicem quem ſibi mutuò
opponunt. ḡo p̄ vires ſuas reſiduas
minùs gravitabunt in aquam ſub=
jectam. ḡo globi centrum tunc temporis
aſcendet, q̄a ſcilicet minùs gravitabit
quam par aquæ volumen . . . 3°
quando centrum ſuberis et ferri
reperientur in eâdem lineâ horiſonti
parallela, ſuber liberè aſcendet et

ferrum liberè descendet. undè illo instanti globi centrum ō ascendet, nisi fortè p̄ motum acquisitum.

Sextum phænomenum. cadavera ſtatim immerguntur intra aquam, deindè post aliquot dies ſupernatant, et iterùm tandem immerguntur.

explicatur. 1.° ſtatim immerguntur intra aquam, q̄a graviora ſt in pari mole quam aqua. deindè verò emergunt et ſupernatant, q̄a fiunt leviora in pari mole quam aqua. ideò autem fiunt leviora, q̄a laxantur multæ fibræ inter quas continebatur et constringebatur aër. ex quâ fibrarum laxatione fit ut aër ibi constrictus ſeſe dilatet comprimendo aërem exteriorem, et pellem cadaveris ſuperiorem distendendo. undè cadaveris volumen fit majus, ac proindè contranititur cum m̄ari aquæ copiâ, et cōenter fit respectivè levius. rursùs verò immerguntur cadavera, q̄a tandem aër pellem disrumpit et ſeſe dilatat ſubeundo

atmoſpheram, carnes et pellis iterùm comprimuntur aëre circumfuſo, vel etiam aqua ſubit fibrillas loco aëris, ex quo fit ut cadaver in pari mole magis gravitet quam aqua.

ſimiliter lignum ſolet ſtatim aquæ ſupernatare, q̄a intrà ſuas partes continet multùm m̄æ æthereæ atque aëris cum quibus constituit totum aliq̄d in pari mole levius quam aqua. deindè verò immergitur, q̄a plures partes divelluntur, aër exit è poris plurimis, et ſubit aqua.

propter eandem rãonem ſaccharum hordaceum ſæpiùs emergit et oblitescit donec fuerit totum diſſolutum. 1° quidem aquæ ſupernatat, q̄a cum aëre incluſo intrà ſuas partes conſtituit totum in pari mole levius quam aqua. aquâ verò ſenſim in poros ſaccari ſubeunte, ſaccarum fit gravius quam aqua, – atque adeò immergitur. ſed particulæ

aquæ illapsæ intrà primam ſuperficiem ſaccari, partes illius ſuperficiei ſeparant. Sublatâ illâ ſuperficie, ſaccarum fit levius quam aqua, q̄a continet in ſecundâ ſuperficie ſicut in primâ multas äëris moleculas: ḡo debet iterùm emergere. ſubeuntibus autem de novo particulis aquæ intrà poros ſaccari, ſaccarum fit gravius quam aqua, atque adeò immergitur, et ſic deinceps vicibus ſæpiùs iteratis.

Septimum phænomenum.

globus cereus aquæ frigidæ ſupernatans, immergitur ſi aqua paululùm calefiat, et iterùm ſupernatat ſi aqua refrigeſcat; iterùmque immergitur aquâ iterùm incaleſcente. Sed ſi aqua maximè calefiat, globus ſupernatat.

explicatur. cera ē in pari mole levior quam aqua frigida, ſed gravior q̄ām aqua calida, q̄a ſcilicet aqua calefacta minùs gravitat, ñ q̄a rareſcit, ñ q̄a calor imminuit corporum gravitatem independenter à rarefactione. cum autem aqua intenſiùs

calefit, cera magis rarefit quam aqua, ideòque ē in pari mole levior.

octavum phœnomenum. globus bucceus v. g., excavatus mergatur in aquam vase contentam, et in eum injiciatur ∽ pulvis plumbeus, quo pondus illius augeatur ita ut ferè nullatenus ſupernatet. fundum vasis ſuſtinet totum pondus tùm aquæ vas replentis, tùm globi buccei, tùm pulveris plumbei in globo contenti. deindè major pulveris copia mittatur in globum qui ∽ cōenter plus gravitabit in aquam ſubtam, et factus gravior in pari mole quam aqua, descendet in fundum vasis; ∽ quamdiù autem descendet, fundum vasis minùs premetur quam premebatur dum globus minùs gravitans ſupernatabat.

explicatur. aqua globo ſubjecta expandit ſe comprimendo columnas collaterales, ā proindè attolluntur tùm propter illam preſſionem, tùm q̄a pars earum ſuperior quasi ſponte ruit in ſpatium

à globo derelictum. ergo columnæ illæ aſ=
cendentes non effundunt totam vim ſuæ
gravitatis vel preſſionis in fundum vaſis,
quemadmodum eam effundebant quando
erant immotæ et in æquilibrio cum columnis
globo ſubjectis. ergo fundum vaſis minus
premitur. premetur autem magis cum
globus in ipſum pervenerit, quia major
facta fuit globi gravitas, et columnæ omnes
aquæ iterum æquilibrabuntur, ac per totam
ſuam vim prement fundum vaſis, ut
antè globi deſcenſum.

hinc facilè explicabis quod ſuprà propo=
ſuimus de glande plumbeâ quæ filo amputato
decidit intrà aquam in fundum vaſis.

nonum phænomenum. piſces
aliquandò ſupernatant aquæ, aliquandò
innatant, aliquandò fundum petunt.
ſimiliter aves aliquandò remanent
ſuſpenſæ in aëre, aliquandò aſcendunt,
ad maiorem altitudinem hyeme quam æstate, q̄a aër ē densior ac proindè gravior. per accidens tm̄ fit aliquandò ut mercurius minùs ascendat hyeme quam æstate, q̄a hyeme nonnumquam flat auster; adde q̄d hyeme st aliquandò venti horisontales qui ex modo quo flant impediunt ne aër agat totis suis viribus in mercurium restagnantem.

instis 3°. mercurius minùs ascendit cælo pluvio et nymboso quam sereno et tranquillo. āq tm̄ aër ē densior ac proindè magis gravitat cælo pluvio et nymboso quam sereno. ḡo licet aër minùs c̄ gravitet, mercurius suspenditur ad maiorem altitudinem.

Q̄eo 1.° disquo maiorem; sæpiùs, coo. semper, n̄o. frequenter et ordinariè mercurius altiùs ascendit cælo sereno quam pluvioso. r̄ao ē q̄a tunc plerumque flat boreas et ex modo quo flat augeat aëris gravitatem. adde q̄d vapores et halitus quo sereno cælo remanent in aëre penduli augeant gravitatem aëris. aliquandò tm̄

evenit ut mercurius altius ſuspendatur cælo nymboſo quam ſereno ut accuratiſſimis obſervationibus compertum ē . . . 2º. nō mirem.

instabis 4º. dum cælum ē nymboſum, columnæ aëris constant et aëre et aquâ. ēq evidenter mār ē gravitas in columnis q̄ constant et aëre et aquâ quam in iis q̄ constant ſolo aëre. g̃o cælo nymboſo et pluvio mār est gravitas aëris quam cælo ſereno.

Rēo nō mirem. nam q̄ illi vapores in aëra ſurſum attolluntur et tunc minor est gravitas illorum quam paris molis aëris, q̄ decidunt et prævalent et tunc minuunt actionem aëris contranitentis cum mercurio restagnanti. confirmatur exemplo globi excavati et in aquam merſi. quando enim enatat aqua magis premit fundum vaſis quam quando immiſſis plumbi granis in globi cavitatem, globus n̄ enatat ſed ſidit. ſimiliter aër premitur toto pondere vaporum et halituum qui tempore ſereno ſuspensi manent. at cum pluit, vapores et halitus decidentes minus aërem premunt.

advertit tn̄ dominus de libnits à quo ſuperiorem responsionem mutuati ſumus mercurium iterum aſcendere cum p̄ plures dies pluvia decidit. rāo ē q̄a, juxta autorem illum,

qa tunc aër terrae circumfusus tot continet vapores et halitus ab illis diversos qui ex alto et in pluviae guttas decidunt, ut aër magis prematur quam tempore sereno.

insbis 5°. narrant nautae et viatores plurimi mercurium in zonâ torridâ altius suspendi p̄ noctem q̄m p̄ diem. āq illud ō pt explicari.

Reo nō mirem. aër enim noctu gravior ē, qa scilicet pluribus vaporibus oneratur, qui praesentiâ solis fugantur interdiu et in alias plagas transferuntur.

insbis 6°. vapores ibi p̄ noctem descendunt ac proinde minuunt actionem aëris, ō secus ac alibi. ḡo mercurius in zonâ torridâ deret minus ascendere p̄ noctem quam p̄ diem.

Reo disquo aens, et caetera ō st paria, cōs. et st paria, nō. licet vapores in regionibus zonae torridae intra tropicos subjectis minuant gravitatem aëris decidendo, gravitas tm̄ aëris det ibi ēe mar noctu quam die. nam 1° p̄ diem facta ē ob calorem intensissimum maxima aëris rarefactio, ae multo magis vires illius aëris infringit quam vaporum descensus. 2° propter fermentationes vehementiores ae p̄ diei aestum fiunt in illis regionibus, erumpunt multae exhalationes ae

actionem aëris minuunt.

intelliges mercurium altiùs ſuſpendi in locis depreſſioribus quam in locis excelsis. nam in locis depreſſioribus aër ē gravior tum qa pluribus et craſſioribus corpusculis gravitantibus oneratur, tum qa premitur gravitate altioris aëris columnæ ſuperpositæ. hinc vesicæ porcinæ quæ ad radicem montis ſunt rugosæ et complicatæ distenduntur magis atque magis prout altiùs efferuntur, ſi nullum pateat effugium aëri in illis incluso. aër enim ille preſſus toto pondere aëris cingentis radicem montis, prevalet aëri minùs preſſi et montis cacumini circumfuso.

Dominus maraldi et Dominus caſſini mercurium barometro contentum ab ora maris ad ſemileucam in altum ſuprà montium vertices efferendo, notarunt unam mercurii lineam equipollere columnæ aëris immediatè ſuperpositi altæ pedes unum et ſexaginta; ſuperiori verò columnæ altæ pedes duos et ſexaginta; tertiæ verò columnæ altæ tres pedes et ſexaginta, et ſic consequenter ſervatâ ſemper progreſſione arithmeticâ. quæ progreſſio ſi constans eēt ad usquè ſummitatem atmosphæræ, atmosphæra ō eēt alta nisi dimidiâ leucæ parte ſuprà ſex leucas. verùm hanc

progreſſionem variare ex eo qđ intelligitur qđ dominus pascal cum eâdem ratione profunditatem atmosphere indagare voluiſſet barometro transferendo à radice in verticem illius arverniæ montis qui dicitur gallicè le puits de dômes, obſervavit preſſiom aëris cum eâ proportione decreſcere ex quâ ſequeretur atmospheram ō protendi nisi ad duas leucas à terrâ.

obes 2°. ō pt explicari quarē mercurius expurgatus ſivè è cujus poris aër fuit extractus ad marem altitudinem sustentetur quam mercurius ō expurgatus.

Reo no aēns. rao ē qā propter aërem extractum deperdit oēm ferè ſuam fluiditatem. præterea tubi toriçelliani multas hent asperitates in cavitate ſuâ. ḡo mercurius cujus gravitas frangitur occursu villorum et asperitatum tubi eodem ferè modo quo laina ~~rubis~~ rubis ſuspenſa detinetur, ſed præterea ſoliditate mercurii restagnantis ō het vires quibus ſuperare poſſit preſſionem aëris ſuperpoſiti mercurio restagnanti, licet vires illius ſint abſolutæ mares; veruntamen ſi extrahatur aër è recipiente et mercurius restagnans non prematur aëre, ſucuſſo tubo mercurius

decidet; acquiret enim aliquam liquiditatem propter illam tubi ſuccuſſionem, tuncque mercurii gravitas par erit vincendæ reſiſ=tentiæ tùm villorum occurrentium tùm ſoliditatis reſiduæ in mercurio reſtagnante, impar autem vincendæ reſiſtentiæ eidem ſimul cum aëris exterioris preſſu, ideòque ō ſuccuſſo tubo ō decidet, ſi mercurius reſtagnans aëre prematur.

confirmatur reſponſio paritate ponde=rum in plano inclinato contranitentium: qd planum cum aſperrimum ē, et verticalis duplum v. g. pondus illi ſuperpoſitum vel minimâ poâ contranitente ſuſtineretur, quia pondus vincere opt ſimul et aſperitates et contranitentem poam, licet multo mīrem; quin imò nec amotâ poâ contranitente decideret, ſi maxima eēt plani inclinão.

adverte tamen recentiores quoſdam philoſophos negare mercurium expurgatum ēē ſuſtinendum ad marem altitudinem, q̄a numquam efficere potuerunt ut ad marem altitudinem ſuſtineretur. ſed illud efficere ſæpius domini hugens et neuto quorum poſterior monet mercurium cautâ manu

infundendum ēē in barometrum; alioqui enim ō altiorem fore mercurii expurgati suspensionem. undè autoribus illis fides videtur adhibenda cùm testantur altiorem ēē mercurii expurgati suspensionem.

insbis. altior mercurii expurgati suspensio pt sic meliùs explicari, ut vulgò explicatur à phisicis; mercurius ō expurgatus contranititur tm̄ äëri crassiori, ō verò äëri subtiliori: pervaditur enim äëre subtiliori, ut aquâ cribrum. mercurius autem expurgatus contranititur äëri tùm crassiori tùm subtiliori, q̄a scilicet p̄ expurgationem pori mercurii fiunt angustiores, ita ut äër etiam subtilior eas subire nequeat. ḡo mercurius expurgatus det suspendi ad mārem altitudinem.

Rēō nō aēns. nam 1.o mercurius expurgatus quandoque suspenditur ad altitudinem octoginta pollicum. ḡo si illius suspensio suprà viginti et octo pollices oriretur ex pressu äëris subtilioris, concludendum ēēt mārem ēē pressum äëris subtilioris quam crassioris. cons ē absurdum; äër enim subtilior crassiori prævaleret, et ipsum ad

atmoſphere ſummitatem adigeret . . . 2.° ſi daretur vim aëris ſubtilioris æqualem eſſe preſſui aëris craſſioris, mercurium autem non expurgatum impervium ō ēē aëri ſubtiliori, mercurius ille ō expurgatus, ad nullam altitudinem ſuſpenſus detineretur: tn̄ enim premeretur deorſum elaterio aëris ſubtilioris tubi ſummitatem vacuam ſubeuntis, quantum pelleretur surſum elaterio aëris exterioris incurrentis in mercurium reſtagnantem. nam quantuluscumque aditus pateret aëri ſubtiliori in tubi ſummitatem, eam ità ſubiret ut ēēt occupaturus locum ōem mercurio vacuum. ḡo et locum qui repleretur aëre craſſiore, ſi aër craſſior tubi ſummitatem penetraſſet. ḡo ſolus aër ſubtilior tn̄ deprimeret mercurium quantum ſubtilior et craſſior ſimul juncti. rāo ulterior ē q̄a defectus aëris craſſioris ſuppleretur ꝑmajorem quantitatem aëris ſubtilioris. . . . 3.° mercurius expurgatus ad triginta, v̄ quadraginta, v̄ quinquaginta, v̄ ſexaginta, v̄ ſeptuaginta, v̄ octoginta pollices detinetur ſuſpenſus prout fuit ꝑlus v̄ minus expurgatus. ḡo ſi ideò ſuſpenderetur altiùs q̄a contranititur aëri qui ō contranitebatur ante expurgationem, c

admittenda eēnt infinita aëris genera, alia aliis subtiliora; quandoquidem variari p̄t velut in infinitum altitudo ad quam mercurius expurgatus suspenditur.

ãdverte sic p̄oe alio modo explicari quarè mercurius ō delineatur suspensus intrà tubos quorum orificium inferiùs apertum ē. variæ nimirùm mercurii columnæ in tubo contentæ inæqualiter agitantur, tùm suo motu liquiditatis, tum simili motu aëris respondentis orificio tubi. q̄o illæ columnæ non s̄t in equilibrio; sed continuò illarum q̄dam aliis prevalent et eas attollunt: ipsæ autem decidunt dum aër sensim conscendit intrà tubi summitatem, subsequendo alias mercurii columnas q̄ ab aliis gravioribus elevantur, q̄a t̄m difficillimus patet aëri aditus propter tarditatem quâ columnæ leviores elevantur à gravioribus, si lagenæ aquâ plenæ celeritate quâdam invertantur, nulla ex iis aqua gutta decidet, modo t̄m p brevi tempori maneant inversæ.

adverte 2°. si tubi mercurio pleni ō occludantur inferiùs nisi tenuissimâ cartâ papyraceâ, mercurius decidere non

poterit, quamquam nulla ferè sit papyri resistentia: q̃a propter papyrum illam ō perturbari facilè p̃t equilibrium variarum mercurii columnarum. propter eandem raonem mercurius ō decideret è tubis angustissimis quamquam nullatenus occlusis, q̃a propter dissociationem mercurii cum aëre una columna decidere ō poet quin oẽs simul deciderent.

adverte 3º. q̃d si tubus partim aëre, partim mercurio plenus ō obturetur superne nisi simplici cartâ papyraceâ exsiccatâ; mergatur autem inferne intra vas plenum mercurio restagnante, mercurius ad aliq̃d tempus descendit totus sensim sine sensu intra vas è tubo in quo detinebatur suspensus. ō decidit autem totus, si papyrus occludens tubum superne sit madefacta, sed detinetur immobiliter suspensus ad aliquam altitudinem: aër enim pervadit, quamquam difficillime, poros papyri exsiccatæ, ō autem madefactæ, q̃a refugit aquam.

adverte 4º. si credatur domino amontons, mercurium eodem tempore et eodem in loco ad inaqualem suspendi altitudinem in diversis tubis: multo altius detineri

ſuſpenſum in tubo vitreo quam in ferreo, aliquanto altius [illegible] pariter in tubo vitreo ōi ſordibus purgato quam in alio tubo pariter vitreo, ſed cujus cavitas minus ſpurgata fuit ſordibus. cujus rāo hæc pt ēe, quod nimirum aliquid aëris vaporibus ſubtiliſſimis incluſi pervadit barometra, et major illius copia ſubingreditur ædam barometra quam alia. ḡo plus juvat mercurii gravitatem in quibuſdam barometris quam in aliis.

Dices. ſi quid aëris ſubingredi poſſit barometra, aër tamdiu ſubingreditur donec ille qui fuerit ingreſſus tantas hebit vires quantas aër exterior. ḡo totus mercurius deprimetur.

Reo nō aens. ingreſſus enim aëris ē difficillimus, licet facilior in quædam barometra quam in alia. ḡo aër ingreſſus pt minimâ vi æquipollere aeri exteriori cujus vires franguntur propter impedimenta illius ingreſſui oppoſita, nempe villos et offenſiones [illegible] porum in quib: vapores intricantur, in sbis. ō ē credibile aërem cum illis vaporibus ſubingredi barometra.

Reo nō aēns. videmus enim nitrum et salem petræ in quo includitur aliquid aëris trajicere maximos lapides et parietes: fieri quoquè chymichorum arte liquores aurum facillimè trajicientes.

adverte 4.º in manuscriptis unius è nōis legi constare experientiâ q̄d si barometrum includatur in recipiente cum uvis recentibus ac nudis, mercurius ad unum mensem ascendit etiam extracto aëre ad altitudinem quadraginta pollicum, atque ad altitudinem septuaginta pollicum expletis duobus mensibus; si verò inclusa fuerit pyra dissecta mercurius ad duos menses ascendit ad altitudinem centum pollicum. denique si inclusa fuerit pyra recentia cum uvis assis et tritis aqua permixtis, nec aër extractus fuerit, mercurius ad 20 dies conscendit ad altitudinem centum et quadraginta pollicum. quidquid sit de illis experimentis, adverte plurimum aëris contineri tùm in aquâ, tùm in uvis, tunc in pyris, qui aër multò magis ē compressus quam aër exterior. ergo cum aër ille inclusus expanditur atque calore et fermentatione plurimum dilatatur simul cum alio aëre in recipiente

residuo, tantò altiùs mercurium pellit quantò majorem vim acquirit per hanc dilatationem. undè ex illis experimentis non sequitur suspensionem mercurii non oriri ex aëris pressu.

adverte 6° mercurium ad eandem altitudinem esse sustinendum, seu latum, seu angustum fuerit vas mercurio restagnante plenum, aër enim superpositus mercurio restagnanti, non contranititur nisi pari columnae mercurii tubo contenti, quæcumque sit vel latitudo vel exilitas columnae mercurii suspensi respectivè ad aliam mercurii columnam huic circumfusam et in vase restagnantem. verùmtamen si tubum inter et margines vasis pleni mercurio restagnante non major esset distantia quam inter latera tubi capillaris, mercurius conscenderet ad majorem altitudinem intrà barometrum, quia tunc mercurius restagnans et mercurio circumfusus suspenso premeretur columnâ aëris latiore, quam illius ejusdem mercurii columnâ.

Quæres 1° undènam derivetur vox ista barometrum. 2° quarè vocetur etiam


tubus torricellianus. 3º. quid sit tubus hermeticè obturatus. 4º. quotuplex sit genus barometri.

Rẽo ad primum, barometrum sic dicitur à duplici voce græcâ βαρος idē pondus et μετρον idē mensura. re verà enim per barometrum mensuratur pondus aëris.


ad secundum, barometrum vocatur tubus torricellianus à toricello magno etruriæ duce et in rebus mathematicis optimè versato qui oium primus fecit barometri experimentum, nempè anno 1643.

ad tertium, tubus hermeticè obturatus ē tubus obturatus ex ipsâ tubi maâ. vox illa hermetice, derivatur ab hermete quodam qui tubos ad lampadis flammam obturabat ex ipsâ tuborum maâ.

ad quartum, aliud ē barometrum simplex ut figa.. aliud barometrum compositum figa,.. in barometro composito ab ampullâ superiori ad inferiorem



mediam ē mercu=
rius, à mediâ verò
inferiori ampulla
ad certam tubi—
superimpositi et
supernè aperti—
altitudinem ē
aqua communis



aliquo colore tincta, et permixtam hens
sextam partem aquæ Stygiæ, ut scilicet—
impediatur aquæ communis congelatio.
ampulla superior ē hermeticè obturata.

paragraphus 2.us

de ascensu liquidorum intrà alias machinas.

thesis 1.a ascensus aquæ intrà antlias
dēt repeti ab aëris pressione.

pūr. quando trahitur embolus id ē episto=
mium, aqua dēt sequi embolum si pellatur
ab aëre intrà antliam et nullatenus
repellatur. āq res ita ē. pūr min: aër—
contranititur cum aquâ restagnante et
conatur illam attollere ut ipse descendat.
ḡo ex unâ parte aqua pellitur ab aëre
conante illam attollere intrà antliam;—

embolus autem ſustineretur dum trahitur.
ergo ex aliâ parte nihil est quod repellat aquam
ſequentem embolum intra antliam.

intelliges 1º cur aqua ſequatur embolum
ad altitudinem duorum et triginta circiter
pedum et non ultra; quia ſcilicet duo et triginta
pedes aquæ æquè gravitant ac viginti ſeptem
aut viginti octo pollices mercurii. ergo pressus
äëris qui mercurium agere potest ad altitudinem
viginti octo circiter pollicum, debet agere aquam
ad altitudinem triginta duorum circiter pedum.

intelliges 2º quod ſi duæ laminæ vitreæ ità
ſint vicinæ ut nullum patiantur äërem inter
medium, earumque facies infima mergatur
in aquam, aqua inter laminas conſcendet
ad ſummitatem uſquè laminarum.

intelliges 3º idem ſervatâ proportione esse
dicendum de antliâ quod de barometro; ſicuti
enim äër ſuſpendit mercurium intrà
barometrum, ità äër ſuſpendit aquam
intrà antliam. 2º ſicuti in locis humilioribus
mercurius ad majorem ſuſpenditur altitudinem
ità et aqua, quia ſcilicet in locis humilioribus
v.g. in littore maris, major est columna äëris.
∴ 3º eò major debet ſentiri difficultas in-
trahendo embolo, quò aqua est altior intrà antliam


antliam. nam qui trahit epistonium det sentire pondus æquale ponderi aquæ ascendentis intrà antliam. undè quando aqua ascendit ad altitudinem triginta duorum pedum, sentitur pondus æquale triginta duobus pedibus aquæ; rao ulterior ē q̄a det sentiri pondus columnæ äëris incumbentis summitati emboli. si autem aq̃ā ascenderet tn̄ ad 4 pedes v.g., äër exterior contranitens agit in summitatem interiorem emboli, totis viribus, exceptis iis q̄æ impenduntur in sustinendis 4 pedibus aquæ. ḡo columna agens in summitatem interiorem emboli, magis agit in embolum toto excessu virium q̄æ impenduntur in sustinendis 4 pedibus aquæ. ḡo manus ut sustineat embolum det sustinere vim æqualem quatuor pedibus aquæ.

intelliges 4.º epistonium sibi relictum spontè deorsum trudi, q̄a scilicet magis propellitur à columnâ äëris incumbente summitati exteriori, quam à columnâ äëris collaterali et agente, mediante liquido, in summitatem interiorem emboli. nimirùm columna incumbens summitati

exteriori magis agit in embolum toto exceſſu virium liquidi suspensi.

Quæres quænam sint ſpecies antliarum.


Rēo duplex disquitur antliæ genus, nimirum antlia premens et antlia aſpirans. 1ª species ē hujusmodi. Sit tubus ABCD aquæ immersus usquē ad D, et paulò suprà: sit suprà c foramen in cujus parte inte-



riore sit lingula ità disposita ut aquæ conanti ingredi aperiatur, conanti egredi claudatur. Sit in B lingula transversim ità disposita ut aquæ conanti aſcendere aperiatur, conanti descendere claudatur. Sit in D embolus tubi cavitati ità applicatus ut ipsum inter et tubum nullus aquæ pateat transitus. Si embolus D ferreo bacillo ipsi alligato et surſum protenso deorſum trudatur versūs c, aqua intercepta inter c et B pelletur versūs B: neque enim datur alia exeundi via. Si embolus retrahatur surſum, aqua putei aut stagni cui immersus ē tubus statim ingredietur ꝑ foramen in c, aquæ impulſui obſequente

lingulâ, et implebit ſpatium CB. Si itaquè continuò retrahas trudasque alternatim embolum, pulſa continuò aqua tandem ascendet ad ſummitatem A, et per ejus orificium effundetur. undè ope hujus ma=chinæ aqua p̄t elevari ad quamcumque altitudinem modò adhibeatur p̄oa ſatis valida ad trahendum epistomium, et tubus ſit ſatis firmus ad reſistendum aquæ prementi fundum et latera pro ratione ſuæ altitudinis.

Secunda ſpecies ē hujusmodi. Sit tubus DABC cujus pars DA ſit angustior. Sit lingula B ita disposita, ut aqua p̄ partem angustio=rem ascendenti aperiatur, claudatur, descendenti. tubo latiori CB aptetur epistomium replens totam illius tubi cavitatem, ita ut ipſum inter et tubum nullus pateat aquæ transitus. epistomium in medio perforetur. orificio ſuperiori foraminis ita apponatur lingula, ut aperiatur facilè liquori ſurſum



delato, descendenti claudatur. tum pars tubi grassilior mergitur in aquam putei, lacûs, aut fluminis. bacillus ferreus cujus alteri extremitati alligatum e epistomium, alterâ extremitate connectitur vecti in E, cui vecti subjicitur fulcimentum in G. poa seu motor collocatur in parte F, quâ nunc sursum elevatâ, nunc deorsum depressa, modò elevatur, modò deprimitur epistomium, cum epistomium ascendit ex B versus C, lingula aperitur aëri contento in parte grassiliore, aqua autem aërem sequitur. cum epistomium deprimitur aër nequit in tubum grassiliorem refluere, ejus regressum impediente lingulâ B, sed effluit sursum per epistomii foramen cujus lingula facile elevatur. cum iterùm attollitur epistomium, iterùm eodem quo modo ascendit aër quem aqua subito sequitur, et post multiplicem epistomii depressionem et elevationem, extracto toto tubi grassilioris aëre, tandem aqua ita elevatur ut effundatur per extremitatem superiorem tubi latioris.

thesis 2ª. intumescentia carnis intra cucurbitas medicas repeti debet ab aëris pressione.

explicatur. cucurbitæ medicæ st vasa vitrea quibus utuntur medici ad purgandos humores noxios, et æ nomen sortitæ sunt à figâ suâ. intra illas comburitur stupa ut aër rarefiat. constat autem qd applicatæ carni producant tumorem sensibilem.

pbr thesis. ideò intumescit caro cucurbitæ subta, qa minus premitur quam caro ō subta. āq diversa aëris pressio ē causa cur minus prematur caro cucurbitæ subta quam ō subta. mar ē evidens, si enim ubiquè æqualiter premeretur caro, nulla eet rao cur intumesceret in unâ parte et ō in aliâ. pbr mir: qa aër post stupæ combustionem ē in miri copiâ et het mirem vim elasticam cùm fuerit rarefactus quam extrà cucurbitam. go caro cucurbitæ subta minus premitur aëre quam ō subta. go det intumescere et humores vicini dent in illam confluere.

thesis 3a. succio liquorum repeti det ab aëris pressione.

pbr. sugentis enim thorax et pulmones dilatantur, ideoque relinquunt spatium vacuum in qd prosilit elaterio suo aër replens tùm os sugentis tùm calamum pr quem hauritur liquor. go liquor magis premitur

extrà calamum elaterio aëris exterioris, quam intrà calamum seu fistulam; quandoquidem liquori respondenti orificio interiori fistulæ, nullus ferè superponitur aër. ergo illa liquoris columna quæ huic orificio respondet sursum agi debet propter majorem pressionem aliarum ejusdem liquidi columnarum quæ illi orificio non respondent.

intelliges 1°. propter eandem rationem pleraque animantia quadrupeda aquam haurire capite demisso; bipeda verò ut aves, gallinas, bibere non posse nisi capite sublato, quia aër ipsorum ore contentus prorumpere non potest in eorum pulmones qui non sensibiliter dilatantur.

intelliges 2°. aquam intra cyringes ascendere cum primum extrahitur embolus; quia scilicet aër subire non potest locum ab embolo derelictum; ergo aqua respondens orificio cyringis non premitur aëre. ergo sursum intrà cyringem pellitur per aquam collateralem aëre pressam. cum autem occluditur orificium cyringis, embolus difficillimè educitur, quia extrahi non potest quin comprimatur aër, quandoquidem occluso orificio aër subire non potest locum ab embolo derelictum.

intelliges 3°. propter eandem rationem extrahi vinum è dolio ope fistulæ quam vernaculè vocamus <u>une sonde</u>. nam vinum in ipsam conscendit ad eandem altitudinem quam


obtinent columnæ vini circumfuſæ. deindè occluſo fiſtulæ orificio ſuperiore, fiſtula è dolio extrahitur et elevatur. tunc verò aër illius ſummam cavitatem replens tamdiù deprimit vinum fiſtula contentum ſeſe expandendo, donec illius vis reſidua ſimul cum gravitate vini in fiſtula remanentis, ō plus urgeat vinum deorſùm, quam idem vinum agatur ſurſum elaterio aëris exterio=ris. ideòque extracta penitùs è dolio fiſtula, nulla ſæpiùs decidit vini gutta: tota enim vini quantitas quam ejicere pt elaterium aëris fiſtula contenti, priùs ejecta fuit quam fiſtula penitus extraheretur è dolio.

intelliges 4°. qd ſi lagena aquæ ſemiplena invertatur, et collum illius mergatur in aliqd vas ſtrictum cujus fundum ſit pariter aquâ plenum, pars qdam aquæ deſcendit primum è lagenâ in vas propter elaterium aëris ſummam lagenæ cavitatem occupantis. deinde verò cum vas et lagena includuntur in recipiente machinæ pneumaticæ, tota ferè aqua exit è lagenâ, aëre extracto è recipiente, multum=que aſcendit intra vas, qa nimirùm aër replens fundum lagenæ, elaterio ſuo cui ō opponitur aër exterior, aquam omnem

ejicere valet è lagenâ, eamque ad aliquam altitudinem detinere ſuspensam in vase. verùm aqua iterùm è vase conscendit intrà lagenam, cum primum aëri exteriori patet aditus in recipiens. aqua enim vasis tùm gravitate suâ, tùm elaterio aëris exterioris in recipiens introducti prævalet aquæ respondenti orificio lagenæ, eamque adigit intrà lagenam, comprimendo aërem in cavitate lagenæ residuum et valdè dilatatum; et tandiu aër ille inclusus lagena comprimetur, donec aqua conscenderit ad altitudinem ex quâ detinebatur ſuspensa antequam aër educeretur è recipiente.

Thesis 4.a liquidorum fluxus p̄ ſyphones det repeti ab aëris pressione.

explicatur. Scypho dicitur fistula recurva duobus constans cruribus quorum aliud alio longius ē. cuj9 brevius mergitur in aliqd vas liquido plenum. deinde ore ad orificium cruris longioris applicato, ſugitur aër incluſus ſyphone, et illicò liquidum conscendit è vase p̄ crus brevius ſyphonis, decidit=



que p̄ orificium cruris longioris, donec totum vas fuerit evacuatum.

p̄ur thesis exponendo phænomena syphonis.

1.º aqua vasis ō ascendit intra syphonem, si aër syphone contentus ō exsugatur. rāo ē q̄a quantum aqua vasis premitur ab aëre vasi incumbente, tn̄ aqua respondens cavitati syphonis premitur ab aëris columnâ communicante cum aëre syphonem replente.

2.º si exsugatur aër, aqua vasis ascendit. rāo ē q̄a aqua syphoni exterior premitur à columnis aëris ipsi incumbentis; aqua verò respondens cavitati syphonis ō premitur dum suctu extrahitur aër.

3.º tandiu aqua effluit p̄ crus longius, donec vas fuerit evacuatum. rāo ē q̄a aër incumbens aquæ vasis h̄et vim per quam elevet aquam ad duos circiter suprà triginta pedes. g̃o si crus brevius sit altum duos tn̄ pedes v. g. aqua crus illud replens pellitur vi triginta pedum; et in tubi summitatem et in aquam altero crure contentam. g̃o aqua cruris longioris deorsum urgetur et illâ vi triginta pedum et insuper totâ suâ gravitate: g̃o cùm sit alta plusquam duos pedes, urgetur deorsum vi superante

gravitatem duorum et triginta pedum. aq tn̄ aër respondens orificio cruris longioris ō pellit eandem aquam sursum nisi aliquam exprimat gravitas triginta duorum pedum aquæ, g° aqua cruris longioris plus deorsum fertur quam sursum, ejusque vis deorsum superat aeris elaterium. g° decidere d̄et aërem comprimendo.

4° nullus ēēt aquæ fluxus p̄ syphonem si crus emersum ō ēēt longius immerso, q̄a aqua cruris emersi ō plus deorsum urgeretur quam sursum. si verò crus emersum ēēt brevior immerso, aqua recideret in vas, q̄a aqua cruris immersi plus deorsum ageretur quam sursum; aqua verò cruris emersi plus sursum quam deorsum.

intelliges q̄d si crus ~~longius~~ immersum non tangat fundum vasis, aqua tandiu effluat p̄ crus longius, quandiu orificium illius cruris ē inferius superficie aquæ in vase contentæ. si verò cruris emersi orificium ō sit infrà superficiem aquæ in vase contentæ, aqua ō amplius effluit.

5° in recipiente machinæ pneumaticæ aqua ascendit intrà syphonem licet extracto aëre. ratio ē q̄a remanet semper aliquid aëris, et præterea sypho ille ō ē valdè altus. g° cùm

totus aër potuisset aquam pellere ad 32 pedes ō mirum qd aër residuus illam elevet ad summitatem syphonis vix duos aut tres pedes alti.

6.º si crus brevius syphonis hēat longitudinem plusquam triginta duorum pedum, aqua ab uno crure ō effluit in aliud, sed remanet ad altitudinem triginta duorum pedum suspensa. rao ē qa ad illam altitudinem ē in equilibrio cum columnâ aeris ipsam impellente. go ō det altiùs ascendere.

7.º si syphonis aqua pleni alterum crus immergatur aquæ vasis unius, alterum verò crus immergatur intrà aquam vasis alterius, et aquæ superficies in utroque vase sint ad eandem altitudinem, aqua neutram in partem fluit. rao ē qa viribus æqualibus premitur p̄ æquales aëris columnas et utrinque æqualiter resistitur aëri p̄ æquales aquæ columnas. go det ēē perfectum equilibrium, nec det aqua unius vasis ascendere p̄unum crus et p̄ aliud effluere.

8° si verò superficies aquæ unius vasis sit inferior superficie aquæ alterius vasis, tunc aqua vasis superioris effluit in vas inferius. ratio est quia tunc aqua cruris immersi intrà vas inferius altior est.

Quæstio secunda.

de qualitatibus corporum prout ad singulos sensus pertinent.

quia quinque numerantur sensus, quæstionem istam in quinque sectiones dividemus.

Sectio 1.a

de qualitatibus corporum pertinentibus ad sensum tactûs.

hic 1° agendum de calore, 2°. de frigore. 3°. de effectu caloris sivè de rarefactione. 4°. de condensatione quæ est effectus frigoris. 5°. de fermentatione. 6°. de quibusdam aliis breviter disseremus.

Caput 1.um
de calore.

præmitto 1.o q agitur hic de calore formali qui nihil aliud ē quam sensão quam aa experitur dum dicitur calorem sentire, sed agitur de calore objectivo et radicali qui nihil aliud ē quam obtum calefaciens ad cujus et præsentiam sentitur calor. quæritur itaque quid sit illud rāone cujus corpus calidum excitat in nobis sensāonem caloris.

præmitto 2.o motus vertiginis sive turbinatus aut vorticosus ē ille quo partes corporis moventur circa suum centrum, v circa aliud sui punctum. motus vibrāonis aut tremulus ē ille quo extremitates alicujus partis hinc inde vibrantur p itus et reditus in modum fune penduli. unde patet motum vibrationis ēē motum vertiginis inchoatum.

thesis unica. calor consistit in motu vertiginis aut vibrāonis partium corporis calidi.

pbur 1.o excitato tali motu, excitatur calor; cessante illo motu, cessat calor; crescente, crescit; decrescente decrescit. go &c. 1.o quidem excitato tali motu

excitatur calor. ſi enim corpus durum crebris et validis i[c]tibus contundatur incaleſcit. ſi corpus unum collidatur cum alio, ſimiliter incaleſcit. aq p̄ contuſionem et colliſionem excitatur motus vibraonis. pur mir: p̄ contuſionem et colliſionem inflectuntur et comprimuntur partes corporis contuſi et colliſi. aq partes compreſſæ et inflexæ dent vi ſuâ elasticâ ſe restituere, ac proinde vibrari. go Pſic. confirmatur. nam in corporibus contuſis et colliſis ſi applicetur manus, ſentitur aliquis tremor partium.

2°. ceſſante tali motu ceſſat calor. nam ferrum candens frigeſcit ſi aquæ immergatur, qa ſcilicet partes illius partibus aquæ de ſuo motu communicant, atque adeo c— tantumdem deperdunt.

3°. creſcente illo motu aut deſcreſcente creſcit aut decreſcit calor. prout enim validius aut minus valide contunditur aut colliditur corpus, eò magis aut minus incaleſcit.

pur 2°. qa motus vertiginis apparet in pluribus corporibus calidis, ut in flammâ, in aquâ ebulliente, in metallis liquatis.

pũr 3º qa p̄ motum vertiginis aut vibraonis bene explicantur oïa caloris phenomena.

1º expl. impressio jucunda v̄ injucunda q̄ fit p̄ corpus calidum. scilicet p̄ contactum corporis calidi excitatur in aâ sensao caloris, qa partes corporis calidi moventur motu vibraonis aut vertiginis, et p̄ illum motum faciunt certam impressionem in organo tactûs, q̄ impressio p̄ spiritus aales defertur ad cerebrum, et ē occasio cui deus alligavit sensaonem jucundam caloris. si corpus sit calidius, excitatur sensao ingrata, qa illius illius partes p̄ suum motum vehementiorem separant et dilacerant fibrillas organi tactus. unde defertur ad cerebrum certa impressio cui deus alligavit sensationem ingratam combustionis.

2º explicatur rarefactio corporum per calorem. cum enim partes corporis calidi rotentur aut vibrentur, ō possint quin se mutuò repellant, majusque inter ipsas spatium relinquatur.

3º. explicatur corporum dissolutio p̄ calorem. partes enim ō possint vibrari aut rotari celerrimè quin multa à se invicem sepa=

rentur, ita ut liquidum externum poſſit intrà illas ſubire, ceſſetque oĩs illarum unio, ſit lapides intrà fornacem calcinantur et diſſolvuntur.

4.º explicatur liqũão metallorum. nam partes illorum p̃ calorem celerrimè vibratæ à ſe invicem diſſolvuntur, et diſſolutæ innatant intrà mãam ſubtilem, inquo conſistit liquiditas.

5.º explicatur diſſipão et evaporão partium corporis calidi. nam p̃ motum vibrãonis aut rotãonis partes õ ſolum ab invicem divelluntur, ſed etiam attenuantur, ita ut fiant in pari mole leviores aëre. undè fit ut avolent.

6.º expl. inflammão q̃ consistit in eo qđ partes corporis inflammati ſimul cum magnâ mãæ ætheræ copiâ agitentur motu vorticoſo celerrimo, ita ut constituant ejusmodi vorticem qui flamma nuncupatur. ſic axis rotarum aliquandò inflammatur ſi rotæ velociũs moveantur, qã ſcilicet partes axis ob perniciſſimas rotarum circumvolutiones continuò atteruntur et determinantur ad motum ita celerem ut ſequatur inflammatio.

7.º expl. communicão caloris unius corporis calidi ad corpora vicina, nempè partes vibratæ aut rotatæ impingunt in illa, et ſimilem communicant motum.

Obes 9º in liquidis ē motus vertiginis et vibraōnis, et tm ō ē calor. gº calor non consistit in illo motu. pur aens: partes liquidæ œ in diversos sensus impelluntur ō poūnt quin sibi aliquandò occurrant, seque mutuò ad motum vertiginis determinent. gº &c.

Dēo disquo 2dam partem aentis. ō ē calor absolutus, nō. respectivus, cōo. cùm sit aliquis motus vertiginis in ōi liquido, ōe liquidum dēt hēre absolutè aliquem calorem. ō hēt tm calorem respectivum, id est calorem qui à nobis percipi dēat, quia scilicet mar ē motus vertiginis aut vibraōnis partium corporis nōi quam partium liquidi . . . adverte tm quod pleraque liquidorum particulæ moveantur motu recto.

insbis. liquida sentiuntur frigida. gº nullum hēnt calorem.

Dēo cōo aens, nō consam. licet liquida sint absolutè calidæ, dent sentiri frigida, q̄a scilicet partes corporis nōi hēnt marem motum vertiginis quam liquida. undè dēnt communicare de suo motu et tantum-

dem deperdere. frigus autem dēt percipi propter illam motûs imminutionem.

Hinc 1.o hoo qui in balneum ingreditur aquam ſentit frigidam, qa corpus illius hois hēt plus caloris ſivè plus motûs vertiginis et vibraōnis quam aqua. ſi verò egreſſus è balnĕo, iterùm ingrediatur, aquam ſentit calidam, qa minus hēt hujusmodi motûs quam aqua.

Hinc 2.o aqua ſbterraneum ſentitur calidior hyeme quam æstate, qa minus ē caloris in partibus organi tactûs hyeme quam æstate.

Hinc 3.o idem liquidum uni frigidum apparet, alteri verò calidum.

Hinc 4.o cella vinaria et ſpecus ſubterranea p æstatem frigidiores ſentiuntur quam p hyemem.

obes 2.o in ferro cardente et in marmore calefacto ē calor, et tm non est motus vertiginis aut vibraōnis. go calor non consistit in ejusmodi motu. pur 2da pars aentis: ſi enim partes ferri et marmoris p calorem moverentur motu illo, oio diſſolverentur. falſum cons. go & c.

Reo no 2dam partem aentis. ad probaōnem disquo marem. ſi partes oes moverentur motu

illo eoque celerrimo, diſſolverentur oīo, cōō. ſi ōoēs moverentur motu illo, nec celerrimo, n̄o m̄arem. conceſſā m̄ire; diſquo cons in ſensu m̄aris. dico itaquè partes illorum corporum p̄ calorem ō moveri, ſaltem maximam partem, motu vertiginis, ſed dumtaxat motu vibraōnis, eoque ō adeò celeri. undè fit ut à ſe invicem ō ità ſeparentur ut intercipiant ōe genus liquidi. q̄d autem partes illorum corporum p̄ calorem motu aliquo moveantur patet ex eo q̄d ferrum candens faciliùs malleo contundatur, marmor verò calidum faciliùs perpoliatur.

insbis 1º partes ſtupæ accensæ oīo diſſolvuntur. g̃o à pari partes ferri et marmoris derent diſſolvi oīo.

Rēo n̄o cons̄am. cùm enim partes ſtupæ ſint tenuiores quam partes marmoris et ferri, ſintque minus rigidæ et minus ſe contingant immediatè, faciliùs et celeriùs rotantur à partibus ignitis. atque adeò aliæ ab aliis diſſolvuntur et diſſiliunt.

insbis 2º marmor calidum aut ferrum candens fortius adurunt quam ſtupa accensa. g̃o illorum partes celeriùs vibrantur

aut rotantur quam partes stupæ.

Deo cõo aens, no consam. ex antecedente sequitur tn g'd partes illorum corporum h'eant marem motum quam partes stupæ, ō verò quod h'eant marem celeritatem. ideo autem partes ferri aut marmoris calidi marem h'ent motum, q'a marem h'ent soliditatem, seu crassitiem. atque hinc ē cur diutiùs duret calor in corporibus solidioribus. nam propter soliditatem partium, maxima ē in illis motus quantitas. undè licet fiat aliqua communicao motûs illarum partium corporibus vicinis, lentiùs tn debet fieri.

insbis 3º. saltem marmor calidum deret rarefieri. cons ē falsum. pur mar: partes marmoris p calorem à se invicem diduauntur. g'o majus occupant respectivè spatium quam anteà. g'o &c.

Deo disguo marem. deret rarefieri, rarefactione insensibili, cõo. sensibili, nego. distinctâ similiter mire, no consam. rarefactioo det ee sensibilis in marmore calido, quia partes illius ō nisi leviter ab invicem separantur, ita ut separaones illæ, sivè partialiter sivè totaliter sumptæ ō possint ee aliquid —

ſenſibile.

obĳes 3°. multa ſt phænomena caloris quæ nequeunt explicari in nostrâ ſententiâ.

Rẽo non æns; et explico plurima ſicuti ſolent explicari. itaque

1°. halitus ore patulo emiſſus calidior est quam ſi preſſis labiis emittatur.

rão est quia intrà pulmones per ſanguinis calorem incaleſcit halitus, nec refrigeratur quando emittitur ore patulo, ſed cum eodem motu turbineo et tremulo quem intrà pulmones accepit, exit ex ore. quando vero emittitur labiis preſſis, refrigeratur, quia tunc cogitur exire motu magis recto quam ~~inclinato~~ turbinato. impeditur enim motus illius turbinatus ob angustias alvei et in rectum mutatur.

2°. quando ſcinditur lignum ſerra magis incaleſcit quam lignum: è contrà verò ſi ferrum limâ corrodatur ferrum magis incaleſcit quam lima.

rão 1i est quia ſerra ſucceſſione applicatur diverſis partibus ligni, ergo cùm eidem parti non remaneat diu applicata, non pt illi magnum communicare. præterea partes ligni habent minorem vim elasticam quam partes ſerræ.

go partes ferri magis vibrantur uno attritu quam partes ligni. . . rao 2di e qa partes limæ ſucceſsivè applicantur iiſdem ferri. go maior debet ee motus particularum ferri quam limæ.

3º corpora calida citius intra aquam refrigerantur quam intrà aërem.

rao e qa 1º partes aquæ ſt magis levigatæ quam partes aëris: go faciliùs ſubeunt poros corporis calidi quam aër, ac proindè magis impediunt motum corporis vibratorium. . . 2º partes aquæ ſt densiores et meliùs applicantur partibus corporis calidi quam partes aëris. go maior ipſis communicatur motus.

4º flatus auget ardorem carbonis accensi, et è contrà refrigerat corpora calida; candelæ flammam extinguit, et è contrà in carbonem ardentem certo modo immiſſus flammam excitat, imò ſæpè candelæ flammam recens extinctam reſtituit.

rao primi e qa p illum flatum partes ſuperficiei magis agitant partes interiores, et ab iis repercuſſæ magis ipſæ agitantur. adde qd flatus repellit in carbonem particulas ignitas, quæ alioqui avolaſſent.

rao ſecundi e qa flatus p ſuum motum rectum impedit motum vertiginis liquidorum,

in quo motu præcipuè consistit illorum calor.
similiter impedit motum vibratorium soli-
dorum in quo præcipuè motu consistit —
solidorum calor.
ratio tertii ē qa flatus p suum motum
rectum impedit ne partes pergant agitari
motu vorticoso sine quo ō pt ēe flamma.
ratio quarti ē qa flatus certo modo —
immissus repellit versus carbonem aut
versus ardens ellychnium ipsius partes ignitas
ō avolarunt, et illæ partes agitatæ hinc per
ignem illinc p flatum determinantur ad
motum vorticosum.
adverte qd in carbone et in ligno —
accensis partes interiores, cùm abundent
partibus sulphureis ō facile accenduntur,
agitentur p partes superficiei accensas —
quas flatus in eas repellit. at verò in
corporibus merè calidis partes calidæ et ō
accensæ mirem hent vim quam ut —
possint satis agitare alias in quas flatu
repelluntur.
1.º aqua extinguit ignem cujus vim
alii quidam liquores augent. . . aqua
tm leviter aspersa in carbones, vividiùs —
ignem accendit.

rāo primi ē q̄a aqua hēt partes craſ=ſiores quam ut poſſit obſequi motui vertigi=nis in quo conſiſtit ignis. è contrà alii liquo-res q̄ constant partibus tenuiſſimis et facilè mobilibus, v. g. ſpiritus vini; q̄ constant partibus pinguibus multum mãæ æthereæ continentibus et ſic facile inflammabilibus, v. g. oleum.

rāo ſecundi ē q̄a aqua illa impedit ne parti=culæ ignitæ ardeant, et cōenter interiūs mãr ē ſtatim ardor, qui deindè brevi communi=catur primæ ſuperficiei.

6.° ellychnium ſerrel inflammatum tandiù flammâ circumdatur nec in cineres redigitur, quandiù ſub flammâ liquor pin=guis ſuppetit.

rāo ē q̄a liquor ille filtratur intra partes ellychnii, et ſic impedit ne agitentur eâ celeritate q̄ requiritur ut ellychnium in cineres abeat: et q̄a liquor facilè potest inflammari, flammam fovet.

7.° candela, lignum, et alia hujusmodi corpora intra recipiens machinæ pneumaticæ extracto aëre ō p̄ount inflammari, imò extinguuntur dum extrahitur aër, et tm̄ pulvis pyrius extracto etiam aëre inflam=mari pt.

rāo 1ª ē q̄a ut constituatur flamma oportet ut partes rotentur ō solum singulæ circa proprium centrum, sed preterea plurimæ circa centrum commune. ut rotentur circa centrum commune dent partes illæ in oēm sensum vibratæ undique ~~pro~~ cohiberi, nam alioqui recedent à centro p̄ lineas rectas. atq extracto aëre crassiori jam nihil ē à quo partes ligni in oēm sensum vibratæ cohibeantur: avolant enim facile p̄ interstitia ramusculorum aëris subtilioris. ḡo ō potest ex iis fieri flamma.

rāo 2ª ē q̄a tanta ē tamque rapida pulveris pyrii expansio, ut aër quantumvis dilatatus obsequi ō possit illico tantæ tamque celeri compressioni. ḡo aër cohibet undique partes pulveris pyrii æ proinde possunt flammam constituere saltem subitam et subito evanescentem.

8º æstivo aëris calore carnes corrumpuntur, coquuntur vero sine corruptione calore ignis.

rāo ē q̄a aër æstivo tempore defert intra ciborum poros fermenta vitiosa æ cum ipsis cibis agitantur, et sic vitiantur ciborum partes. contra vero particulæ ignitæ poros ciborum sive carnium subeuntes ejiciunt

ex ipsis fermenta plurima, aliasque partes, quibus ejectis cibi etiam nondum cocti sit tn minus obnoxii corruptioni. tum verò si cibi illi pateant ignis calori diuturniori, ipsorum partes attenuantur p vorticosum suum motum, et p vibraones partium solidarum ita modificantur, ut tandem cocti nuncupentur.

9.° pleraque corpora dum calefiunt deperdunt aliquid de suâ gravitate, ædam vero niarem gravitatem acquirunt; v. g. lateres cocti magis gravitant quam ō cocti.

rao 1.ª ē qa p calorem multæ partes avolant. . . . rao 2.ª ē qa ædam corpora excipiunt in sese corpuscula ignea, sal... salina et sulphurea, æ magis gravitant quam partes aliæ æ avolarunt. disparitas ē qa ædam corpora, ō verò alia, hent poros idoneos ad recipienda ejusmodi corpuscula.

10.° sphericum carnis frustulum, atque ipsum corpus reguli avis minimæ veru affixum ligneo levigatis innixo fulcris, et igni admotum, velut ultro versatur donec satis-sit assum.

rao ē qa pars reguli ad ignem conversa fit minus gravis tum propter exalationem et evaporationem plurimarum partium quam producit ignis, tum etiam propter motum quem communicat succis et humo=

ribus. ḡo pars altera opposita det prævalere et ſic vertere ipſum veru, quandiu est locus exratoni et humorum motui, ac proindè donec carnis fruſtulum ſit aſſum.

11.º aqua restagnans intrà vas fusile, v. g. intrà vas ſtanneum, impedit ne vas igne liquetur . . . ſimiliter glans plumbea apte involuta papyro, ſi objiciatur flammæ candelæ, liquatur priùs quam papyrus ignem concipiat.

rao primi ē q̄a partes aquæ ſubeunt poros vasis, et ſic impediunt ne partes eorum agitentur ſatis celeriter ut liquentur . . . præterea partes vaſis vibrari ō pount quin pari celeritate vibretur aut rotetur aqua partibus vaſis applicata. ḡo partes vaſis vibrari ō pount niſi eâ celeritate quâ partes aquæ pount vibrari. āq partes aquæ ſt flexibiliores et denſiores quam ut vibrentur eâ celeritate quâ opus ē ut vas liquetur. ḡo vas non pt liquari.

rao ſecundi est quia partes papyri ō pount vibrari aut rotari niſi pari celeritate vibretur aut rotetur plumbum ipſis appli=

catum. ḡo si mīr requiratur partium celeritas ut plumbum liquetur quam ut papyrus accendatur, plumbum dēt prius liquari quam papyrus accendi. āq reipsa mīr requiritur celeritas partium ut plumbum liquetur. ḡo plumbum dēt prius liquari quam papyrus accendi.

rāo secundi hæc alia à non nullis affertur, 1° particulæ ignitæ candelæ incurrentes in papyri partes ō ponūt illas movere motu rotāonis, quia ejusmodi motui obstat occursus et pondus glandis plumbeæ. ḡo papyrus ō dēt accendi. . . 2°. particulæ ignitæ pervadentes poros papyri et poros glandis, partes glandis ita divellunt ut sequatur liquāo. . . 3°. particulæ plumbi liquefactæ ita agunt in particulas papyri, ut partes illæ impulsæ hinc à flammâ candelæ, illinc à particulis plumbi liquatis, ignem concipiant

12°. ad januam cubiculi in quo ardet ignis, flat ventus; hōes ad ignem sedentes sentiunt ventum flantem in humeros ipsorum, præsertim cum in angusto cubiculo ignis vehemens ē. . . q̄d si cubiculi fenestra et januæ sint occlusæ, cubiculum fumo repletur.

rão 1ª ē qa aër igni ſuperpoſitus dilatatur et cum fumo ſurſum attollitur. go aër qui ē in cubiculo det ruere in locum igni ſuperpoſitum et aëre vacuum; aër verò exterior det p januam intus ſubire. porrò ventus flans ad januam ē aër exterior ſubiens. ventus flans ad humeros ē ventus cubiculi ruens in canalem p quem fumus et flamma conſcendunt.

rão 2di hæc est. magna pars aëris cubiculo contenti ſurſum evolavit, ita ut ō ſolum aër igni ſuperpoſitus ſed etiam aër in cubiculo reſiduus ſit multum dilatatus. ſpatium derelictum ab eo aëre qui ſuperponitur igni, congruenter repleri ō pt niſi alio aëre ab extrà veniente, et juxtà canalis latera deſcendente, multumque fumi deorſum intrà cubiculum detrudente. . . propter eandem raonem cubiculi feneſtræ audiuntur ſonum emittere qualem ſi vento quodam jactarentur, qa mar ē preſſio aëris exterioris in illas quam interioris rarefacti ſeu dilatati.

13°. flamma in acumen deſinit.

rão ē qa aër undiquè flammam ità cohibet ut columna media magis prematur

p̄ latera quam ālibet collateralis; et q̄a in medio mār ē calor, contingit ut aër respondens medio columnæ sit rarior, minusque proindè resistat flammæ. ḡo columna media dēt faci=liùs ac proindè celeriùs elevari quam collaterales, q̄d fieri ō p̄t quin desinat in acumen.

14º tela q̄dam q̄ fit v̄ ex radice vel ex cortice arboris q̄ apud indos dicitur torra est incombustibilis.

rāo petitur à prolixitate, flexibilitate, et plexu partium insensibilium, quibus fit ut partes illæ ō possint rotari.

Quæres quid sit thermometrum cujus ope dignoscuntur incrementa v̄ decre=menta caloris.

Rēo ē tubus vitreus ō multò longior simplici barometro, et ampullæ vitreæ superemi=nens. p̄ illum tubum ampulla impletur spiritu vini, sæviente scilicet hyeme. tùm igni admovetur ampulla donec spiritus vini rarefactus ascendat ad summitatem tubi ex quo aërem ejiciat. deindè hermeticè obturatur tubus. jam verò spiritus vini sæviente frigore descendit intrà ampullam, q̄a condensatur. et eò magis descendit quò intensius ē frigus. è contrà fervente æstu ascendit liquor intrà

tubum, qa ſcilicet rareſcit.

adverte dominum de mariotte ope thermometri comperiſſe loca ſubterranea ēē calidiora æſtate quam hyeme, licet ſentiantur hyeme calidiora: è contrà hyeme fundum aquæ puteorum ēē calidiorem quam äerem, et æſtate frigidiorem.

Caput 2.um

de frigore.

premitto. frigus radicale de quo hìc agitur ē illud raōne cujus corpus qd dicitur frigidum excitat ſensaōnem frigoris. frigus aliud dicitur abſolutum, aliud reſpectivum.

theſis 1.a frigus abſolutum conſiſtit in negaōne motûs vertiginis aut vibraōnis.

pbur. calor et frigus ſt oppoſita. go cùm calor conſiſtat in motu vertiginis aut vibraōnis partium inſenſibilium, frigus conſiſtit in privaōne talis motûs.

pbur 2o. qa in illâ ſententiâ benè explicantur oia frigoris phænomena.

1o explicatur condenſatio corporis p frigus. nam ceſſante motu vertiginis aut vibraōnis, partes corporis dent ad ſe accedere vi

compreſſionis liquidi ambientis.

2º. expli. induraẽo corporum p̄ frigus: ceſſante enim motu vertiginis aut vibraẽonis, partes vi propriæ gravitatis et vi preſſionis liquidi ambientis dent ſibi mutuo applicari et constituere corpus durum.

3º. expl. praſervaẽo corporum à putredine p̄ frigus. nam ex dictis dum friget partes corporum constringuntur ab ambiente liquido. ſic autem constrictæ obstant fermentorum motui ex quo pendet putrefactio ſeu corruptio.

adverte 1º. ō poẽ dare calorem ſummum, qa ō pt dari motus oĩum celerrimus: poẽ tm̃ dari frigus ſummum, qa pt abſolute dari quies omnimoda.

adverte 2º. nullum tm̃ dari corpus ſummè frigidum, qa maa ſubtilis fluendo in oẽm ſenſum, agitat varias partes inſenſibiles corporum, ſicuti intra flumen junci ſemper agitantur.

<u>Theſis</u> 2ª. frigus reſpectivum conſiſtit in miri motu vertiginis quam ſit motus organi tactûs.

pur. nam ex dictis toties corpus ſentitur frigidum, quoties p̄ contactum imminuitur motus qui erat in manu tangente. aq quoties

corpus movetur miri motu vertiginis aut vibraõnis, toties p contactum imminuitur motus vertiginis qui erat in manu. go toties corpus sentitur frigidum quoties movetur miri motu quam sit motus manûs sive organi tactus, ac proindè toties corpus ē respective frigidum. go frigus respectivum consistit &c.

confirmatur. qa aliter explicari ō pt cur idem corpus uni calidum, alteri frigidum appareat; cur eadem gutta si suprà manum decidat ō appareat frigida, si verò suprà pectus, frigidissima appareat.

obes. si frigus consisteret in privaõne v in imminuõne motûs vertiginis aut vibraõnis particularum corporis frigidi, 1º calor et frigus ō differrent specificè. . . 2º. corpus frigidum ō ageret in partes organi tactûs. aq tm agit. nam vividam excitat impressionem, eaque marem quò majus ē frigus.

Resp. conc. ant. nego conseq. si enim à sonoro ad aurem sint v. g. centum moleculæ deferentes sonum gravem, et ducentæ moleculæ ad eandem distantiam deferentes sonum duplo minus gravem, atque ducentæ illæ moleculæ vibrantur præcisè intrà tempus intra quod vibrantur aliæ centum. ergo uterque sonus debet æquè cito audiri ad eandem distantiam.

inst. bis 5º corda quæ modò magis modò minus tenditur edit sonum modò acutiorem, modò graviorem, licet vibretur secundùm eandem longitudinem. ergo à pari moleculæ aëris deferre possunt sonum modò acutiorem modò graviorem licet sint ejusdem longitudinis.

Rẽo ɛoo aẽrs nõ ɛuam. disparitas ẽ quia illa corda ex hypotesi ẽ modò magis modò minùs tensa, ac proindè modò magis modò minùs elastica. aër verò ex hypotesi ẽ semper æquè pressus ac elasticus.

insbis 6º juxtà nos sonus acutus dẽet fieri gravis dum propagatur. cons ẽ falsum.

Rẽo nõ sequelam. nam quantumvis propagetur sonus aer vibratur æquè frequenter. ḡo dẽt edere sonum æquè acutum.

insbis 7º quò minùs validè movetur corpus, eò magis agit ad latera, atque adeò marem movet molem corporis in q̄d incurrit. āq moleculæ aëris vibratæ p̄ sonum longius propagatum moventur minùs validæ. ḡo singulæ dẽnt movere mares aëris subsequentes moleculas, ac proindè edere sonum graviorem.

Rẽo disguo marem. si agatur de motu translaonis communicando, transeat. de communicando motu vibraonis, nõ. si agatur de communicando motu translaonis propositio pt ẽẽ aliquandò vera; sed ẽ aliquando falsa; si enim glans plumbea hẽat uim sufficientem ad auferendam partem uentifolii sibi respondentem, nunquam eveniet ut quantumvis augeatur motus illius glandis, mirem auferat partem uentifolii; q̄d tm̄ dẽet evenire si corpora eò magis agerent ad latera quò validius moventur. quarè dixi transeat. verùm quia frequentia —

vibraonum pendet ab exilitate, tensione et brevitate partium q̄ vibrantur, quandiu molecula deferens sonum hebit sufficientes vires ad secernendas ab aëre reliquo moleculas sibi aequales, ō movebit moleculas majores. atq quandiu satis validus ē sonus ut audiatur, adest vis sufficiens ut molecula q̄libet moveat alias duntaxat aequales. g̅o sonus ō dēt fieri gravior.

instbis 8.° ō ē credibile quamlibet aëris moleculam movere moleculas sibi aequales. g̅o &c.

Rēo rō āens. si enim corda aliqua puncticulo intercepta stringatur inter puncticulum et basim, constat q̄d corda reliqua vibretur secundùm partes aequales parti q̄ stringitur. g̅o quemadmodùm pars cordae primum stricta determinat reliquam cordam ad vibraones partium aequalium, ità similiter molecula aëris primum vibrata dēt determinare reliquum aërem ad vibraones aequalium molecularum.

instbis 9.° ō p̄t explicari quarè soni quidam eminùs auditi sint acutiores quam si cominùs audiantur; talis ē plena ac valida agricolarum quorumdam vox, et magnus quarundam campanarum sonus. ē contra cur alii quidam soni eminùs sint graviores quam cominùs, v. g. fragor à magnâ hoīum turbâ editus, magnus concentuum quorumdam musicorum strepitus.

Resp. neg. ant. nam soni illi sunt compositi è sonis diversis quorum quidam sunt multo plures, sed singuli longè debiliores, atque adeo non propagantur ad tantam distantiam: alii verò sunt longè pauciores, sed singuli multo validiores, ac proindè propagantur ad majorem distantiam. sic v. g. trachea agricolæ plenâ voce cantantis vibratur secundùm fibras quarum aliæ acutiorem et validiorem, aliæ graviorem et debiliorem edunt sonum; atque ita sonus gravis desinit esse sensibilis dum adhuc satis est validus sonus acutus. ergo sonus acutus eminus audiri debet. idem dic de circulis campanæ, ubi propter figuram quam habet plures sunt circuli minores quam majores. contrarium contingit in fragore et magno tubæ, atque in concentuum strepitu.

Obes 2°. si sonus acutus consisteret in vibrationibus aëris celerioribus, sonus verò gravis in vibrationibus tardioribus, duo illi soni non possent simul audiri. falsum cons. prob. sequela: ut soni illi simul audirentur, deberet tympanum auris simul tardè et celeriter vibrari. atqui non potest sic vibrari.

Resp. disting. majorem. non potest simul tardè et celeriter vibrari secundùm easdem sui partes, conc. secundùm diversas, neg. dico itaque quod quando auditur sonus acutus simul et sonus gravis, auris tympanum secundùm aliquas sui partes vibratur celeriter, tardè secundùm alias.

insbis 1º sonus gravis vibrat totum tympanum. go sonus acutus ō pt simul illud vibrare.

Rēo disquo ants. sonus gravis vibrat totum tympanum, ita ut oēs tympani partes insensibiles vibrentur vibraone propriâ soni gravis, nō. ita ut oēs partes insensibiles ō vibrentur vibratione propriâ talis sono, cōo.

insbis 2º. ex concessis totum tympanum vibratur p̄ sonum gravem. go partes etiam insensibiles vibrantur vibraone propriâ soni gravis.

Rēo cōo ants, v̄ disquo eodem modo quo suprà disquo partes cons. oēs partes insensibiles vibrantur vibraone propriâ soni gravis, vibrantur inquam motu aliquo communi toti tympano, cōo. motu proprio et peculiari ipsis partibus insensibilibus, nō.

insbis 3º. ut partes tympani poent aliæ tardiùs aliæ celeriùs vibrari, derent ēē aliæ magis tensæ, aliæ minùs tensæ, aliæ longiores, aliæ breviores, sicuti diversæ cordæ barbyti. āq ō sic se hent.

Rēo transeat mar, nō mirem. st enim in tympano partes diversæ longitudinis et diversæ tensionis. go longiores et magis tensæ idoneæ st ad excipiendum sonum gravem, breviores verò ad excipiendum sonum acutum.

dixi transeat mor, quam negant plurimi. licet enim, inquiunt, partes tympani essent æqualiter tensæ et ejusdem magnitudinis, si tamen aliæ percutiantur à parte aëris minùs crassâ, et aliæ verò à parte magis crassâ, dent vibrationes tardiùs aliæ, aliæ celeriùs.

insbis 2°. gratis dicis alias esse partes tympani longiores et magis tensas, alias breviores et minùs tensas.

Rdeo non. tympanum enim habet figuram ellipticam seu ovalem. ergo fibrillæ illius quæ sunt dispositæ secundùm longitudinem tympani, longiores sunt fibrillis dispositis secundùm latitudinem. quod verò spectat ad majorem aut minorem tympani tensionem, tenduntur nunc, nunc verò relaxantur ope quorumdam musculorum qui ad nutum animæ modò inflantur modò relaxantur, quemadmodùm ope similium musculorum modò comprimitur modò relaxatur oculus.

quemadmodùm ergo in barbyto appenso ad parietem cubiculi corda expedita ad vibrationes frequentiores repetit duntaxat sonum acutum, altera verò corda sonum duntaxat gravem dum in eodem cubiculo pulsatur alter barbytus, ita in membrana tympani quædam fibrillæ excipere dent sonos duntaxat acutos, aliæ verò sonos duntaxat graves,

insbis 3°. licet campana constet variis

circulis, quorum alii st apti ad sonum acutum, alii ad sonum gravem, tm campana valide percussa in variis circulis edit sonum unicum, go à pari membrana tympani à diversis sonis percussa deret aeri interno transmittere unicum sonum.

Reo coo aens, no coam disparitas e qa campana e ità compacta et rigida ut v oes circuli se cumponant ad numeros circulorum validius vibratorum, v singuli sonum edant ab aliis ita diversum, ut illi soni sint aliis acutiores per incrementa insensibilia. go unicus audiri debet campanæ sonus. at verò in membrana tympani fibrillæ st satis flexibiles et aliæ ab aliis satis expeditæ ut vibrari possint ad numeros notabiliter diversos. go dent transmittere sonos notabiliter diversos.

inst bis 6.° nulla e fibrilla membranæ æ o pateat percussioni aëris p sonum quemlibet vibrati, go nulla e æ o deat vibrari p quemlibet sonum.

Reo 1.° retorqueo argumentum. in barbyto o appenso ad parietem cubiculi, nulla e corda æ o pateat percussioni aëris vibrati p sonum quemlibet alterius barbyti. go nulla e æ o deat repetere quemlibet sonum.

Reo 2.° coo aens, disguo cons. nulla e æ o

deat vibrari aliquatenus, transeat. vibrari satis valide ad transmittendum sonum nego. quemadmodum igitur in barbyto ad cubiculi parietem appensso, ita in membranâ tympani solæ fibræ tensæ ad unisonum sonori extrà aurem percussi dent satis valide vibrari ut transmittant sonum nervo akoustico.

instabis 7°. non potest explicari cur solæ fibræ tensæ ad unisonum sonori transmittant sonum. ergo &c.

Resp. nego ants. nam si fibræ sint expeditæ ad vibrationes frequentiores quam sint vibrationes sonori, illæ fibræ per quamlibet percussionem vibrantur et posteà quiescunt antequam repercutiantur. ergo earum vibrationes sunt magis interruptæ quam ut possint edere sonum: non enim fit sonus nisi fiant successivè plures vibrationes. si verò fibræ sint dispositæ ad vibrationes tardiores quam sint vibrationes sonori, illæ fibræ per quamlibet percussionem incipiunt vibrari atque repercutiuntur, antequam suam absolverint vibrationem. ergo earum vibrationes sunt magis impeditæ quam ut possint transmittere sonum.

instabis 8°. in barbyto et in aliis fidibus quò longior est cordæ pars intercepta inter sinistræ digitum et puncticulum quo quasi terminatur corda, eò sonus est gravior: in tubâ verò marinâ eò est acutior. atqui hoc adversatur principiis nostris.

Resp. conc. majorem, nego minorem. nam in tubâ marinâ sicuti in barbyto eò sonus est acutior quò brevior est illa

cordæ pars cui plectrum applicatur. ſed nimirùm in barbyto plectrum applicatur illi cordæ parti quæ ē inter ſiniſtræ digitum quo corda tangitur, et ponticulum quo corda ſuſtinetur. è contrà in tubâ marinâ plectrum applicatur alteri cordæ barbyti quæ ē inter ſiniſtræ digitum quo corda tangitur ē claviculum cujusque corda tenditur, atque brevior iſta pars vibrata facit ut reliqua tubæ illius corda vibretur per arcus æquales primæ parti quæ plectro ſtringitur. unde in barbyto eò ſonus ē acutior quò breviorē illa cordæ pars quæ plectro ſtringitur inter ſiniſtræ digitum et ponticulum. in tubâ verò marinâ eò ſonus ē acutior quò brevior ē illa pars cordæ quæ plectro ſtringitur inter ſiniſtræ digitum et claviculum. ergo tam in tubâ quam in barbyto vibrationum frequentia pendet à longitudine vel brevitate cordæ quæ plectro ſtringitur.

inſtabis 3º. ſed quarè ~~tuba corda~~ corda tubæ marinæ vibratur ſecundùm partes æquales primæ parti quæ ſtringitur.

Reſpondeo quia tota neceſſario vibratur eàdem celeritate ſeu ad eoſdem numeros ac prima cordæ pars quæ ſtringitur. atqui ſi vibraretur ſecundùm ſe totam non verò ſecundùm partes æquales parti quæ ſtringitur, non vibraretur ad eoſdem numeros. inflecteretur enim ad majorem profunditatem, ac proindè vibrationes ederet majores et conſequenter pauciores intrà

idem tempus quam pars ã stringitur. go õ eodem tempore absolverent vibraões suas. go õ vibrarentur ad eosdem numeros.

insbis 10º gratis dicis totam illam cordam vibrari ad ipsos eosdem numeros ad quos vibratur prima pars ã stringitur. go &c.

Rẽo nõ aẽns. nam vibraões incipiunt et desinunt p percussiones et repercussiones primæ partis ã stringitur et ã vibrata vibrat cordam reliquam. go totius cordæ vibraões neario fuerunt ad numeros percussionum et repercussionum, sive ad numeros vibraõrum primæ partis ã stringitur.

insbis 11º juxtà nos corda plectro tricto eò celeriùs vibraretur quò frequentiores sit plectri asperitates cordam vibrantis proat. eam percutit et repercutit.

Rẽo rẽ segretam, nam corda plectro tricta ità simul inflectitur tota ut fugiat asperitates plectri æ ipsi occurrerent citra numeros ad quos vibratur raõne suæ tensionis, diametri et longitudinis. at verò corda ponticulo interrupta cujus brevior pars stringitur, fugere õpt percussiones et repercussiones illius primæ partis ã vibratur prima et ã reliquam vibrat cordam. go det ad eosdem numeros ità vibrari ut partes æquales illi primæ parti aliæ post alias successivè inflectantur et se-se restituant.

830 in̄sbis 12°. saltem corda tubæ marinæ tam
debet edere semitonos quam tonos plenos, ut
contingit in aliis fidibus. atq. dum stringitur ad
semitonos, aut o͞io raucum aut o͞io nullum
edit sonum. ḡo &c.

Reo n̄o morem. ut enim tuba illa resonet
necesse ē ut ponticulus mobilis q̄ ē ad basim
tubæ ita vibretur ab ipsâ cordâ ut aptè feriat
tabulam ipsi subtam: sed q̄a corda vibratur
aliter dum plenos edit tonos, aliter dum edit
semitonos, ideò ponticulus mobilis si aptè
vibratur ad apto plenos tonos, ō aptè vibratur ad
semitonos.

hinc 1° tuba illa nec tonos edit nec semi-
tonos aptè resonantes, nisi ponticulus consti-
tutus fuerit in certo quodam situ, qui situs
à cythæredis ō nisi tentando dignoscitur.

hinc 2° plenius resonat tuba marina
quando ipsius corda ē ità tensa ut consonet
cum æneis et chalybeis cordis intrà corpus
tubæ ad consonantiam tensis et à mobili
ponticulo agitari solitis. tunc enim illæ cordæ
percutiuntur et repercutiuntur ad eosdem
numeros ad q̄os st. tensæ et expeditæ.

Obes 3°. ōpt explicari 1° quomodò
vulgò cognoscamus an sonus veniat à parte

dextrâ, an à parte sinistrâ, et quarè aliquandò non possimus illud dignoscere. 2°. quomodò cognoscamus sonum venire è loco remotiori, quamvis aliquandò sit validior quam sonus veniens è minori distantiâ.

Rẽo ad primum, illud cognoscimus ex majori impressione quæ fit in unâ aure quam in aliâ. nam si sonus veniat ex parte dextrâ, tympanum auris dextræ validiùs commovetur. illud tn̄ aliquandò non percipitur quia utrumque tympanum æqualiter commovetur, sed tunc vertendum est caput donec auris una validiùs afficiatur quam alia. quod si sonus directus et sonus reflexus simul ad aurem perveniant, non possumus dignoscere quâ parte veniat sonus. si verò sonus duntaxat reflexus ad aurem perveniat, non eum referimus ad eam partem undè primum profectus est, sed ad eam undè fuit reflexus.

ad secundum, illud cognoscitur ex majori inclinatione respectivâ quam habent lineæ sonoræ incidentes ad tympanum. nam lineæ ductæ à quolibet puncto sonori ad duo quælibet extrema tympani faciunt angulum eò acutiorem quò remotius est sonorum. ergo illæ lineæ aliter afficiunt organum quando sonorum magis distat, aliter quando minùs distat. cæterùm ex legibus unionis animæ cum corpore referimus corpus sonorum ad apicem illius anguli, sicuti referimus objecta quæ intuemur ad apicem anguli quem faciunt luminis radii ducti à quolibet objectorum puncto ad duo extrema pupillæ.

Obes 4.° ō pt explicari diversitas sonorum quos edit eadem fistula et aliud qdvis instrumentum pneumaticum; quare v. g. fistula edat sonum graviorem quando clauduntur foramina superiora.

Rēo 1.° fateor diversitatem illam ō ēē mihi bene compertam. pauca tm dicemus ē ad illius diversitatis explicaonem conducere poterunt.

1.° sibilus eò fit acutior quò validior ē, qa ut aërem validius pellamus, oris orificium atque pulmones contrahimus. sed quando sibilus obtinuit definitam quandam validitatem non fit deinde acutior, licet fiat validior, quia musculi quibus labia et pulmones contrahuntur, ō patiuntur ut magis coarctetur orificium oris et pulmonum unde sibilus exit. nihil go mirum si sonus fistulæ, cæteris paribus, fiat acutior quò ē validior, sed desinat tm fieri acutior quando validitatem quandam obtinuit, licet pergat fieri validior.

2.° quando varia fistulæ foramina occluduntur, sensit dominus sauveur immutandas ēē fistulæ, et cōnter aëris vibrationes, quemadmodum mutantur ejusdem cordæ vibraones, quando variis illis partibus successivè supponitur. aliquis obex insuperabilis,

3º videtur aëris vibraones q̄ fiunt in fistulis oriri partim ex attritione aëris collidentis labra orificiorum, et cōenter eō mirem ēē vibraonum frequentiam quō majora sunt fistulæ orificia.

4º sonus fistularum coalescit ex variis vibraonibus egredientibus p̄ varia orificia fistulæ. unde sonus exiens p̄ magnum fistulæ orificium multō gravior ē quam qui exit p̄ orificia mira.

5º aër ex ore hōis in fistulam missus sic in partem fistulæ inferiorem decidit, ut ō nisi post multas repercussiones exire possit p̄ orificium fistulæ maximum: liberius autem et parum reflexus exire p̄t p̄ exigua fistulæ foramina, et in eorum ǣdam rectius incurrit quam in alia; cumque eorum ǣdam occluduntur, in alia plus v̄ minus incurrit quam si illa ō fuissent occlusa. ex quo fit ut aër fistulâ contentus diversimodè vibretur, et cōenter varios edat sonos prout diversa fistulæ orificia aperiuntur v̄ obturantur, cùm præsertim sonus fistulæ totius componatur, ut diximus, ex variis sonis exeuntibus simul ex diversis orificiis inæqualibus, et proximè accedat ad sonum validissimum illorum quibus componitur.

hinc 1º sonus ē oium gravissimus, quando occlusa s̄t oia orificia mira, q̄a totus editur per maximum orificium. ē autem minùs gravis, quando oia parva orificia s̄t aperta.

hinc 2º. propter varios angulos reflexionis fieri

det ut quibusdam orificiis minribus occlusis, mar pars illius aëris egressura sit p orificium maximum, quam si ō illa sed alia ēadem orificia mira fuissent occlusa.

Rēo 2°. ō deesse qui difficultatis nodum solvere ō refugiant. solvantne feliciter, ∽ vestrûm quisque viderit. illorum placita, imò et verba referemus. itaquè

occlusis, inquiunt, foraminibus fistulæ superioribus, rivulus aëris p apertum foramen exiens ē minùs pressus, atque ita minus p elasticus. gō exeundo det edere vibraones tardiores, ac proindè sonum graviorem, perinde ac corda minùs tensa.

insbis 1° contrà 2dam responsionem. vis inflans fistulam supponitur æqualis. gō sivè clausa sint sivè ō sint clausa superiora foramina, aër exire det æqualiter pressus.

Rēo coo aëris, no coam. nam liquidum oē transiens ab alveo latiori in angustiorem eō magis ē pressus quò magis celeriter movetur, et eō mar ē ejus celeritas quò pauciora fuerunt impedimenta motum ejus sistentia. āq quando aperta st superiora fistulæ foramina, pauciora fuerunt impedimenta aëris à buccâ tibicinis ad primum illud foramen fluentis motum retardantia. gō quando

aperta ſit ſuperiora foramina, aër exit magis preſſus: è contra quando illa foramina occluſa ſit.

inſtis 2º. ſi claudantur v. g. duo dumtaxat ſuperiora fistulæ foramina, ſonus ē acutior quam ſi tertio foramine aperto reliqua oīa ſint clauſa. item ſi totum foramen ſit apertum, ſonus est acutior quam ſi media foraminis ejusdem pars ſit clausa. ſimiliter ſi baſis fistulæ ſit aperta, ſonus p̄ q̄dvis foramen editus ē acutior quam ſi baſis ſit clausa. atq tm in oībus illis caſibus rivulus aëris p̄ foramen apertum exiens ē æquè preſſus. go ō ideo fistula edit ſonum acutiorem qa ex eâ fluit aëris rivulus magis preſſus et magis elasticus.

Rēo cōo morem, nō mirem. nam quò plura ſit fistulæ aperta foramina, eò faciliùs aër implens fistulam obſequitur impuſſionē tibicinis; mīra enim reperit ad motum impe=dimenta. go eò velociùs movetur intrà corpus fistulæ. go eò magis preſſus et magis elasticus exit p̄ foramen primum apertum. go det vibra=ores edere frequentiores et ſonum acutiorem.

Hinc manente eodem foramine aperto, ſi fistula inſfletur remiſſiùs, edit ſonum gravem; ſi aliquanto celeriùs edit ſonum acutiorem. item buccina edit ſonum acutiorem quando = inflatur validiùs: tunc ſcilicet aër tranſit magis preſſus, ac proinde magis elasticus per

eam buccinæ partem p̄ quam potiſſimum
efformatur ille ſonus.
  inſtabis 3.° inde ſequeretur p̄ unum et
idem fistulæ foramen edi poſſe ſonum ad
tonos quoſlibet. cons ē contra experientiam.
ergo &c.
  Reo disquo majorem. ſi ſuppeteret ars
immutandi aërem cum velocitate requiſita,
coo. ſecus, nō. distincta ſimiliter minore, nō
coam.
  inſtabis 4.° ſi campanula intra vas aliquod
ſuſpenſa agitetur, et aër circumpoſitus modò
magis modò minus comprimatur, ō tm̄ fit
ſonus modò acutior modò gravior. ergo a pari aër
exiens ē fistula ō ideo dēt edere ſonum acutiorem,
q̄a ē magis preſſus.
  Reo coo aens. nō coam. disparitas ē quia
intra vas illud aër ō ē id q̄d primum vibratur,
et q̄d determinat numeros vibraonum ad quos
fit ſonus campanulæ. at verò in fistula aër
ē id q̄d primum vibratur, et q̄d determinat
numeros ad quos fit ſonus fistulæ. ergo in
illo vase ubi campanula ē primum vibratur,
hēt ſemper eandem circulorum magnitudinem,
craſſitiem et vim elasticam, dēt fieri ſemper
ſonus ad eoſdem numeros, atque ita dēt ēē
æque acutus. in fistula verò ubi aër qui ē
primum vibratur hēt modò majorem modò

mirem uim elasticam, det sonus ẽe modò acutus modò gravis, sicut contingit cordæ modò magis modò minùs tensæ.

Quæres. 1° quomodò exhibetur sonus in tym=panis. 2° in quo consistat sonorum consonantia et dissonantia. 3° quomodò se heant inter se vibrãones cordarum in variis q̃ fieri pñt combinãonibus longitudinis, crassitiei et tensionis.

Rẽo ad primum, percusso tympano pellis superior inflectitur accedendo quantùm p̃t ad pellem inferiorem. undè aër interior compressus pellitur versùs pellem inferiorem, q̃ proindè arcuatur cum funiculis sibi subjectis. pellis inferior vicissim cum funiculis sese restituit, et propter accelerãonem motûs elaterii inflectitur in partem oppositam. ex illis inflexionibus et restitutionibus successivis sequentur vibrãones aëris successivè. cæterùm ideò sonus ille ẽ validus, q̃a partes aëris compressæ reflectuntur à lateribus tympani versùs medium.

ad secundum, consonantia ẽ certa q̃dam temperies soni acuti et soni gravis q̃ suaviter aurem demulcet. dissonantia verò ẽ certa q̃dam temperies soni acuti et soni gravis q̃ aurem offendit. porrò consonantia consistit in eo q̃d duo seu plures soni sint inter se commensurabiles, hoc ẽ sint in eâ proportione quâ fiat ut statis vicibus illorum vibrãones simul

incipiant et desinant: dissonantia verò in eo q̄d duo aut plures soni sint incommensurabiles, hoc ē eam inter se ratōnem hēant ut vibratōnes illorum numquam simul incipiant neque desinant.

Si ē duabus cordis v.g. una sit dupla alterius, ā ē dupla unicam efficiet vibratōnem, quo tempore alia duas efficiet; et hæc consonantia vocatur diapazon, gallicè l'octave. si verò una sit ad alteram ut tria ad duo, ā longior ē duas efficiet vibratōnes, quo tempore alia tres; et hæc consonantia vocatur diapente, gallicè la quinte. idem dic in proportione quando una corda ē ad alteram ut quatuor ad tria; et consonantia ā ē inter inter illas vocatur diatessaron, gallicè la quarte.

ad tertium, ācumque fiat combinatio, vibratōnes cordarum st inter se in ratione composita radicum ponderum tendentium et longitudinum multiplicatorum p̄ diametros. sit v.g. corda A tensa p̄ pondus ut quatuor, longa ut unum, et hēns diametrum ut unum. sit altera corda B tensa p̄ pondus ut novem, longa ut quatuor et hēns diametrum ut duo. ut intelliges quomodò se hēant inter se vibratōnes illarum

cordarum, multiplica longitudinem cordæ B per ejusdem diametrum. productum erit octo. os multiplica insuper productum illud p̄ radicem quadratam ponderis ut quatuor tendentis alteram cordam, quæ radix ē duo. numerus resultans ex illâ ulteriori multiplicaōne erit sexdecim.

jam verò multiplica longitudinem ut unum cordæ A p̄ ejusdem diametrum ut unum. productum erit ut unum. multiplica insuper productum illud p̄ radicem ponderis ut novem tendentis cordam B. cùm radix illa sit tria, numerus resultans erunt tria.

itaquè vibraōnes cordæ A se hebent ad vibraōnes cordæ B ut sexdecim se hent ad tria.

thesis 3ª. sonus clarus consistit in eo q̄d vibraōnes aëris ō sint impeditæ, sonus raucus in eo q̄d sint impeditæ.

pūr. nam vox humana clara ē quando in trachea arteria ōē humoribus impedita; rauca verò ē quandōē impedita.

thesis 4ª sonus asper consistit in vibrationibus quæ ō st uniformes; sonus verò suavis in vibraōnibus uniformibus.

pūr. nam quando instrumentum musicum partibus diversis componitur sonus ē asper. quando verò componitur partibus ejusdem speciei, sonus est levis.

confirmatur: nam quandò vibraões st uniformes, tympanum jam tensum ad primam vibraonem facilè excipit secundam p quam eodem modo vibratur. contrà verò quando vibraões sunt uniformes, cu tympanum debet diversimode tendi ad illas excipiendas; undè una vibrao rumpit aliam, atque ita excitatur sensao injucunda.

thesis 5.a sonus siccus consistit in eo qd vibraões corporis sonori ō diu duret, sonus verò resonans in eo qd diu durent illæ vibraões.

pur; ideò enim campana sonum edit resonantem, qa diu vibratur. atque indè ē cur cu resonent loca concava; nam propter reflexiones q in illis fiunt diu perseverant vibraões.

Sectio 5.a

de qualitatibus pertinentibus ad organum visûs, seu de lumine.

lumen pt accipi v pro sensaōne luminis, et tunc dicitur lumen formale, de quo hìc ō agitur; v pro eo qd ē in corpore lucido, raōne cujus dicitur lucidum, et tunc dicitur

lumen radicale, v̄ pro eo quo mediante lucidum afficit oculum qui ē organum visûs, et tunc dicitur lumen derivatum. de hoc potissimum movetur quæstio. cæterùm lumen derivatum v̄ ē purum, v̄ coloratum. agemus 1º. de lumine puro. 2º. de lumine colorato sive de coloribus.

Caput 1.um

de lumine puro.

hic 1º agemus de n̄aâ luminis puri. 2º. de illius proprietatibus. 3º. de diafaneitate et opacitate. 4º si per tempus licet oculi descriptionem trademus.

articulus 1.us

de n̄aâ luminis.

thesis 1.a lumen ō consistit in effluvio corpusculorum à lucido ad oculum transmissorum.

p̄ur. 1º brevi exhaurirentur corpora lucida, si in oēm aëris partem emitterent corpuscula. 2º. lumen candelæ v. g. ad unam aut duas leucas citissimè transfertur. āq nihil ē q̄d tantâ celeritate transferat corpuscula lucida ad tantam distantiam.

Dices. odores consistunt in effluvio corpusculorum emissorum à corpore odoro. ergo à pari lumen &c.

Rẽo n̄o cōam. disparitas ē q̄a odores emittuntur ad parvam distantiam et cum celeritate parvâ, lumen verò et longissimè et citissimè emittitur.

thesis 2ª. lumen ō ē merus conatus māæ globulosæ ad motum.

pr contra carthesium. nam 1º numquam excitatur in nobis sensāo quin præcesserit aliqua commotio in organo, āq p̄ ~~motum~~ merum conatum globulorum cælestium ō p̄t commoveri organum visus g̃o &c. 2º effectus omnes luminis quales st calefactio, combustio, liquefactio, &c, satis ostendunt lumen consistere in aliquo motu.

Dices. contra primam probāonem 2dæ thesis. quando manus applicatur tabulo, aliisve corporibus immobilibus, excitatur in āâ sensāo compressionis manûs. āq nulla præcessit commōo in organo tactûs.

Rẽo n̄o mirem. ē enim tunc aliquis motus in partibus organi tactûs, qui motus ō oritur quidem à motu tabulæ, æ supponitur immobilis, sed ex eo q̃d dum manus tabulæ applicatur, et occursu illius impeditur motus partium exteriorum. partes interiores dum accedunt ad exteriores illas comprimunt.

insbis 1º g̃o licet māa globulosa ō moveatur, poterit tn excitare sensāonem luminis, sicut

corpus immobile cui manus applicatur excitat ſensationem preſſionis. ꝑur eadem partes retinæ exteriores quæ applicantur materiæ globuloſæ poterunt comprimi à partibus interioribus quæ ad exteriores accedunt, ſicut partes exteriores manûs quæ applicantur corpori immobili comprimuntur à partibus interioribus.

Reſpondeo nego conſequentiam ejusque probationem. nam ſi illud ita fieret, noctu deberet excitari ſensatio luminis perinde ac interdiu, noctu enim retina poteſt pariter recedere verſus globulos, ergo poteſt comprimi, et conſequenter deberet percipi lumen.

instabis 2°. durat ſensatio compreſſionis manûs, licet partes manûs interiores non accedant ad exteriores. ergo est ſensatio quin ſit organi commotio.

Reſpondeo nego conſequentiam. tunc enim est motus ſpirituum animalium agentium ut contineant partes manûs in ſtatu compreſſionis in quo ſunt. prætereà ſanguis aliique humores dum coguntur viam ſui fluxûs mutare et aliò deflectere, fibras agitant. ergo licet partes interiores manûs non accedant ad exteriores, est tamen motus in partibus organi tactûs, quandiu durat compreſſio

theſis 3ª lumen poteſt explicari per motum celerem rectum et vibratorium materiæ globuloſæ.

explicatur. 1° ſupponimus hic dari materiam globuloſam ſivè materiam inſenſibilem cujus figura ſit rotunda. 2°. ſupponimus materiam illam

ēē circumquàque sparsam ita ut à quolibet lucidi puncto ad qdlibet horisontis punctum sint ejusmodi globulorum lineæ rectæ, ā pulsæ à partibus lucidi actis in vorticem et p tangentes recedere conantibus vibrantur continuo contra varia corpora, comprimuntque illa, donec prævalente elaterio corporum repellantur versus lucidum à quo iterum repulsæ de novo comprimunt varia corpora in q. incidunt.

pur thesis. 1° lumen consistit in motu alicujus mæ: neque enim pt excitari sensao luminis sine præviâ commotione organi visûs, atq o pt ēē talis commoo nisi ab aliquâ mâ q moveatur. go thc.

2°. mæa illa det ēē globulosa. nam lumen reflectitur constanter ad angulos æquales. atq sola mæa globulosa pt constanter reflecti ad angulos æquales. go thc.

3°. motus illius mæ ē rectus, nam lumen rectâ lineâ propagatur, ut constat innumeris experimentis.

4°. motus ille ē celerrimus, nam lumen propagatur ad magnam distantiam in instanti sensibili.

5°. motus ille ē vibratorius; mæa enim globulosa alternis recedit à lucido ad corpora,

et à corporibus ad lucidum.

confirmatur. in illâ hypotesi benè explicantur oia phænomena lucis.

explicatur. 1º cur excitetur in nobis sensao lucis. cùm enim maa globulosa impellatur à lucido impingit directè v reflexè in retinam eamquê commovet; cujus retinæ motus si transmittatur usquê ad cerebrum, cœnter ad leges unionis aæ cùm corpore dêt sercitari sensao lucis.

2º lumen diffunditur in orbem, qa maa globulosa in orbem disponitur circà lucidum.

3º lumen summâ celeritate propagatur. cùm enim globuli cœlestes sint incumpressibiles, et si qui distent invicem, parva sit illorum distantia, eodem fermè instanti quo impellitur globulus lucido contiguus, dêt transmitti impulsio ad globulum longè distantem.

4º instantanea ferè ē desitio lucis, amoto v extincto lucido, saltem si lucidum sit ad parvam distantiam. dêt enim desinere lumen, quando cessat motus globulorum; cessat autem motus globulorum eodem ferè instanti quo cessat causa illius motûs.

5º lumen propagatur lineâ rectâ, nam lineâ rectâ impellitur à lucido maâ globulosa.

6.º ideò ſt umbræ, qa corpus opacum interpoſitum lucidum inter et locum adumbratum impedit ne fiat ulterius propagaõ lucis.

7.º corpus lucidum videri pt à pluribus locis in oem ambitum; qa ſcilicet in oem ambitum pellitur à lucido maa globuloſa, et lineæ rectæ duci pount à lucido ad illa diverſa loca.

(4.º corpus lucidum videri pt. è pluribus locis)

8.º lumen debilitatur procul à lucido; nam lumen dēt procul à lucido debilitari, ſi procul à lucido maa globuloſa hēat minorem motum. aq rēs ità ē. pur mir; quâ proportione receditur à lucido, motus communicatur pluribus globulis. go &c.

9.º ſi pugno percutiatur oculus, lumen percipitur etiam noctu; qa ſcilicet illo ictu retina commovetur perindè ac ſi maa globuloſa à lucido in ipſam propelleretur.

10.º aliquandò ſuprà mare propter fluctuum colliſionem excitantur ſcintillæ. raõ ē qa p̄ colliſionem particulæ aliquæ ſalis v. g. determinantur ad motum rotaõnis; æ partes rotatæ propellunt globulos. idem dicendum de ſcintillâ è ſilice excuſſâ.

11.º lumen calefacit et liquat metalla.

nam cùm alternis globuli incidant suprà cor=
pora, comprimunt illorum partes, à deindè
restituunt se, ac proindè vibrantur, per illum
vibraois motum ẽt idonea ad excitandam sensa=
tionem caloris. . . liquantur verò metalla p̄
lumen, quando ità colliguntur radii lucis,
ut possint communicare magnum motum par=
tibus metalli. quo motu à se invicem disjun=
guntur.

obes 1.° õ pt explicari quomodo partes
lucidi nunc propellant globulos, nunc permittant
accessum globulis,

Reõ nõ. 1.° dici pt partes lucidi ità moveri
ut tendant aliquandò à centro lucidi ad circum=
ferentiam, aliquandò à circumferentiâ ad
centrum. quando partes lucidi tendunt à
centro ad circumferentiam, tunc propellunt
globulos, et quando tendunt à circumferentiâ
ad centrum, tunc permittunt globulis accessum.
. . 2.° partes lucidi rotantur et in õi lucido
ẽt partes rigida. go partes illæ rigidæ cùm
heant angulos, modò p̄ acumen percutiunt
globulos, modò prabendo latus permittunt
accessum.

insbis 1.° gratis supponitur motus
partium lucidi à centro ad circumferentiam,
et à circumferentiâ versus centrum.

Rēo nō. nam 1.° talis motus percipitur in corporibus quorum motum propius intuemur, v. g. in flammâ ignis aut candelæ. 2.° in sole percipitur perpetua fluctuatio partium: ā fluctuatio solis indicat aliquas partes tendĕre à centro ad circumferentiam, aliquas à circumferentiâ ad centrum.

insbis 2.° ōpt explicari quarè lumen debilitetur, et verò si ēēt longa series globulorum incompressibilium, ultimus eâdem velocitate moveretur ac primus. gō à pari globulus cælestis maximè distans à lucido dēt moveri eâdem velocitate ac globulus lucido contiguus.

Rēo nō coam. disparitas ē qā æqualis motus quantitas distribuitur cuilibet globo illius seriei in [illegible] rectam lineam disposita. at verò cùm globuli cælestes sint dispositi in orbem circà lucidum, pauciores st globuli immediatè applicati lucido quam sint procul à lucido. gō motus unius globuli pluribus distribuitur procul à lucido quam propè lucidum.

insbis 3.° si lignum hēns figam coni p̄ apicem propellatur, eâdem velocitate moventur partes basis quam partes apicis. gō à pari &c.

Reſp. nocoam. diſparitas ẽqa partes ligni ſt inter ſe unita et constituunt corpus aliqd ſolidum. undẽ una õ pt mari uelocitate moveri quam alia, ſi recta impellantur. at verò globuli cœlestes õ constituunt corpus ſolidum ſed liquidum. undè globuli qui ſt in apice mari uelocitate dent moveri quam qui ſt in baſi.

obẽs 2º in nrâ hypoteſi duo lucida ſibi mutuò opposita õ poẽnt uideri. falſum cons. pur mar: globuli impulſi ab uno lucido impedirentur à globulis impulſis ab alio lucido.

Reſp. nõ marem ejusque probaonem. nam 1º partes illorum lucidorum ẽ ſibi diametraliter respondent õ impellunt globulos eodem instanti, ſed dum una impellit globulos, alia diametraliter opposita permittit acceſſum. go &c. 2º licet oẽs partes lucidi eodem instanti globulos impellerent, tm motus communicatus globulis à duobus lucidis, õ impediretur. nam cùm orbem pellantur globuli cœlestes ab utroque lucido, lineæ globulorum non ſibi directè opponuntur, quemadmodum ſi ſint duo circuli ſuis radiis instructi, unicus duntaxat radius unius circuli pt directè opponi uni radio alterius circuli, reliqui verò, ſi cs continuentur, decuſſabuntur.

insbis 1.° lucidum idem, sol v. g. ō poteſt conſpici à pluribus hōibus ſimul.

Rēo nō. nam à partibus lucidi propelluntur globuli ad oculos diverſorum hōium. et verò à quâlibet parte ſenſibili lucidi propelluntur radii in orbem. gō à partibus lucidi poūnt pervenire globuli ad oculos diverſorum hōium.

insbis 2.° illi radii venientes ad oculos diverſorum hōium à diverſis partibus lucidi, dēnt decuſſari. gō illi radii ō poūnt transmittere motum ad oculos diverſorum hōium. pūr cōa: globulus communis pluribus radiis decuſſatis ō pt ſimul transmittere motum in duas partes. gō &c.

Rēo disquo ultimum aēnś. globus communis pluribus radiis ō pt transmittere motum in partes diverſas, ſimul et eodem inſtanti phiſico, cōō. ſucceſſivè, nō. globus ille communis pluribus radiis ō pt ſimul moveri in partes oppoſitas. gō ō pt ſimul et eodem inſtanti phiſico impellere globulos in partes diverſas. pt tm̄ ſucceſſivè, impellendo modò globulos unius lineæ, modò globulos alterius.

insbis 3.° gō p̄ aliquot tempus erit luminis interruptio.

Rēo nō cōam. nam 1.° licet una linea

globulorum ab eodem puncto ſenſibili propulſa non
faceret impreſſionem in retinâ, tamen non deret c
percipi interruptio radiorum luminis qui ab
eodem puncto ſenſibili lucidi propelluntur, quia
ſcilicet alii radii qui incidunt ſuprà retinam,
illam commovent ~~[illegible ab illo puncto ſenſibili]~~ radius enim quilibet
incidens in retinam non ſolùm commovet eam
partem in quam incidit, ſed etiam partes vici-
niores. ergo &c. 2º impreſſio facta in retinâ, per
aliquot tempus perſeverat. ergo licet per aliquot
instans nulla radiorum linea incideret in retinam,
nulla tamen deret percipi luminis interruptio.

Obес 3º. est ſenſatio luminis, licet globuli non
propellantur à lucido. ergo &c. prob. antecedens; ſunt
multa corpora quae noctu lucent, ut lapis bononi-
enſis, phoſphori, adamas, ſquammae et carnes
quorumdam piſcium, oculi felium, lampyrides,
ipse etiam mercurius expurgatus, ſi tubus ità
agitetur, ut per itus et reditus aſcendat et
deſcendat. atqui tunc globuli cœleſtes non percutiun-
tur, et tamen in nobis est ſenſatio luminis ad
præſentiam illorum corporum. ergo &c.

Reſpondeo negando antecedens. ad probationem concedo majorem;
nego primam partem minoris. nam in ſuperficie
plurimorum ejuſmodi corporum ſunt aſperitates
vibratu faciles et aptae ad percutiendos globulos

coelestes. vibrantur autem v̄ p̄ incursum mãe subtilis, v̄ p̄ motum fermentãonis, aliasve similes causas.

1.° quidem lapis bononiensis et alii ejusmodi phosphori fiunt p̄ calcinaõem maximam. ergo eorum partes insensibiles sunt valde attenuatae et ad motum vibratorium expeditae. ergo mãa aetherea tum in ingressu tum in egressu impingens in latera pororum agitat illas partes motu citissimo, p̄ quem motum illae partes repetitis percussionibus afficiunt globulos aethereos, sicque lucent illi phosphori.

2.° adamas, teste Rohaltio, non lucet nisi magnâ vi contritus, nimirùm partes illius exiliores, cùm sint rigidissimae, mutuò illo affrictu celeriter vibrantur et impellunt globulos: idem ferè dicendum de squammis piscium. propter eandem raõnem lucent dorsum felis et collum equi obliquè affricta.

3.° carnes piscium, ligna putrida et alia hujusmodi obnoxia sunt fermentaõibus quibus eorum partes insensibiles ita vibrantur ut repetitis percussionibus afficiant globulos circumpositos, unde ligna illa desinunt lucere, quando desinit fermentaõ; ac proindè non lucent in machinâ pneumaticâ extracto aëre.

4.° lampyrides, venter cantaridum, et

oculi felium lucent eò magis quò magis diſtenduntur ſeu inflantur, quia tunc humores vehementiùs agitati vibrant celeriùs aſperitates ſuperficiei illorum corporum. hinc cantarides mortuæ ō lucent, oculi verò felium eò lucent vividiùs quò feles ſt magis ſollicitè et irati.

4° ſummitas vacua barometri mercurio expurgato ſemipleni, lucet tubo ſuccuſſo, q̄a p̄ illam ſuccuſſionem vibrantur vitri aſperitates, imò et plurimæ partes ſulphureæ ignem concipiunt.

insbis 1° ſi lumen emiſſum à ligno putrido oriretur à fermentaōne, lignum putridum ſentiretur calidum.

Rēo nō ſequelam. nam partes agitatæ p̄ fermentaōrem ſt tenuiores quam ut poſſit affici organum tactùs.

insbis 2° aër ē tenuiſſimus et tamen ſentitur calidus. gō et partes illæ licet tenuiſſimæ p̄ount ſentiri calidæ.

Rēo nō cōam, diſparitas ē q̄a partes ligni putridi q̄æ agitantur ſt ipſo aëre tenuiores. nam in quâlibet parte ſenſibili ligni putridi ſt innumeræ particulæ q̄æ ſingulæ efficiunt ſeorſim ſuas vibraōnes. prætereà novus ſemper et novus aër applicatur manui et illam ſenſim calefacit ſenſibiliter. at verò eædem partes ligni putridi ſemper manui applicantur.

insbis 3°. ſupradicta corpora deberent

lucere interdiu ſicuti noctu lucent.

Rēo nō. rāo ē qa motus vibratorius commu=nicatus globulis p̄ illa corpora ē tenuiſſimus, undè ō dēt percipi p̄ diem, ſcilicet propter marem motum vibratorium, ſeu majus lumen, quo commovetur retina, noctu verò et in locis obſcuris pt ēt dēt percipi motus ille vibratorius, qa retina nullam aliundè commōonem patitur q̄ poſſit debilioris lucis actioni officere. Sic lux ſtellarum noctu percipitur non verò p̄ diem.

Quæres 1.º cur q̄dam āalia, feles v.g. noctu videant.

Rēo qa h̄ent texturam retinæ ità delicatam, ut leviſſimus globulorum motus poſſit illam commovere, noctu autem eſt aliquis motus levis in globulis cœleſtibus, qui ſcilicet à ſtellis vibrantur.

Quæres 2.º cur hōo veniens è loco maximè illuſtrato, nulla diſguat obta, ubi primum ingreditur in locum ſubobſcurum.

Rēo retinam hōis illius venientis è loco maximè illuſtrato fuiſſe validiſſimè comotam, et perſeverare illam commōonem dum ingreditur locum ſubobſcurum. ō pt gō videre obta q̄ in loco ſubobſcuro nullam ferè faciunt impreſ=ſionem reſpective ad validam impreſſionem q̄

perſeverat.

Quæres 3º. cur lumen p̄ lentem vitream coacervatum, calefaciat, comburat, inflammet corpora; ſed tn̄ difficilius quando mār viget calor in aëre.

Rēo rāo ē q̄ā p̄ repetitas ac validas globulorum percuſſiones, partes corporum combustibilium ita vibrantur, ut tandem motu celerrimo rotentur ſimul cum mā̄ æthereâ; undè resultat vortex qui dicitur flamma. dum autem aër nimio ardet calore, partes lentis vitreæ, et ipſæ partes aëris ita vibrantur, ut multùm interrumpant rectam propagaōnem luminis. q̄o lumen illud dēt difficilius urere corpus ſubjectum.

intelliges cur x̄dam ſpecula quæ dicuntur ustoria, ad diverſas distantias diverſè afficiant corpora in q̄ lumen transmittunt. ſic fertur ſpeculum q̄ddam ad certam distantiam redigere in pulverem minutum lamellam auream, illam verò conformare in ſpeciem vitri, ſi propiùs ſpeculo admoveatur lamina, ac tandem liquare eam, ſi fiat vicinior. nimirùm ad primam distantiam h̄et focus illius ſpeculi vires ſufficientes ad dividendas auri partes, ō autem ad illas liquandas. propiùs verò admota lamellæ ſuperficiem duntaxat liquat levigatamque reddit, ita ut ſpeciem vitri referat illa ſuperficies. deniquè propiùs adhuc admotam tantâ vi exagitat, dividitque in particulas adeò exiles,

ut instar vaporis dissipentur.

Quæres 2º cur interdum noctu appareat lumen satis splendidum in horisonte boreali.

Rēo rāo ē q̄a in horisonte boreali st densi vapores qui quasi totidem lenticulæ vitreæ colligunt lumen syderum ad focos ità vicinos, ut illi foci collecti præbeant splendorem illum qui dicitur lumen boreale. ravò autem contigit illum phænomenum, q̄a ravò suppetit requisita ad hoc cæli dispositio, aure salitet, et vaporum certa temperies sub cœlo sereno.

Quæres 3º cur si celeriter rotetur carbo accensus, videatur annulus igneus.

Rēo q̄a tunc successivè primum agitantur oēs illæ retinæ partes ā simul afficerentur, si reipsà conspiceremus annulum igneum. posteà verò impressio facta in uno puncto perseverat dum carbo decurrit alia puncta circuli. ḡo tandem perindè penè ē ac si oēs illæ retinæ partes simul afficerentur. ḡo dēt apparere annulus igneus.

articulus 2.us

de proprietatibus luminis.

luminis proprietates præcipuæ st illius propagāo, reflexio, et refractio, de quibus seorsim.

paragraphus 1.us
de propagatione luminis.

Thesis 1.a lumen celerrimè propagatur.

pūr. in explausione tormenti bellici citiùs sensibiliter videtur flamma quam audiatur sonus, qui tm celerrimè propagatur . . . et verò globuli st incumpressibiles et ferè contigui. g̃o globulus qui ē in unâ extremitate det eodem instanti quo movetur secundum movere, secundus tertium. g̃o &c.

Thesis 2.a propagāo luminis ō fit in instanti.

pūr. ex observaonibus sæpè iteratis à cassinis et aliis constat viciniorem jovis satellitem emergere ex umbrâ jovis aliquot minutis antequam conspiciatur, et immergi in umbram jovis, dum tamen aliquot minutis adhuc conspicitur . . . constat etiam eundem satellitem immergi apparenter tardiùs in mari distantiâ jovis à terrâ et citiùs apparenter in miri distantiâ. aq hæc probant lumen successivè propagari. pūr mir p partes

1.o quidem ō videtur satelles primo instanti quo emersus ex umbrâ jovis liberè emittit lumen ad nos, et adhuc videtur dum immersus jovis ōpt emittere lumen ad nos. g̃o impressio facta in extremitate lineæ globulorum contiguâ satelliti ō pervenit ad nos unico instanti.

2° ſatelles ille et in mari et in minori distantiâ jovis à terrâ æquè citò immergitur in umbram jovis aut ex illâ æquè citò emergit, et tm in mari distantiâ videtur tardiùs in miri citiùs immergi aut emergere. ḡo in mari distantiâ tardiùs, in miri citiùs ad nos emittit lumen ſatelles. ḡo lumen pro variâ distantiâ propagatur tardiùs ſeu ſucceſſivè.

Dices. in experimentis ē hactenùs facta ſt circà corpora lucida quorum nām propius intuemur, nulla adhuc potuit obſervari ſucceſſio in propagaone luminis. ḡo dubitari pt de experimento facto circà ſatellites jovis.

Rēo nō coam. rao ē qa experimenta illa fiunt in distantiâ nimis exiguâ, et lumen propagatur in instanti ſenſibili ad maximam distantiam. ḡo illa experimenta nihil probant contrà propagaonem luminis ſucceſſivam. Distantia autem ā ē à circulo quem deſcribit jupiter ad nos usquè ſeu potiùs mār distantia quâ distat à nobis quando ē in apogæo quam quando ē in perigæo est plurium millium leucarum. ḡo ō ē mirum qđ in tantâ distantiâ ſucceſſio propagaonis

luminis sit sensibilis.

THESIS 3ª lumen propagatur p̄ lineas rectas.

p̄ūr experientiâ. nam v.g. si parietis foramini externo apponatur candela accensa, et paries oppositus sit pertusus foramine directè respondente, constat q̄d candelæ lumen lineâ rectâ transgrediatur primum cubiculum q̄d obscurum remanet, et illuminet locum positum trans alterum parietem.

præterea numquam uidetur lucidum nisi ab illo ad oculum duci possit linea recta.

Dices. si radius solaris excipiatur p̄ unicum foramen, totum cubiculum illuminatur. g̃o luminis radii detorqueantur ad latera.

Rēo distguo ants. totum cubiculum illuminatur lumine directo, n̄o. lumine reflexo, c̄oo. ratio cur totum cubiculum illuminetur per unicum radium ē q̄a radius ille incidendo in pavimentum aut in murum oppositum hinc indè dispergitur.

Dices iterum. sonus propagatur ad latera. g̃o à pari et lumen.

Rēo n̄o c̄oam. disparitas ē q̄a sonus propagatur p̄ compressionem successivè factam

in moleculis aëris, et molecula aëris dum comprimuntur dent necario impellere partes collaterales. at verò lumen non propagatur per compressionem globulorum cœlestium, sed per meram impulsionem.

insbis. liquidum cohibitum et percussum agit in oem sensum. ergo radius subiens per foramen intra cubiculum det tam illustrare ad latera quam antrorsum. ergo lumen det propagari ad latera sicuti sonus.

Resp. disguo aëris. liquidum cohibitum et percussum, cujus partes st compressibiles, conc. cujus partes st incompressibiles, neg. scilicet partes compressibiles si percutiantur, ita complanantur ut agant ad latera versus quæ superficies recedit à centro. at verò partes incompressibiles percussæ non ita complanantur, at proinde non agunt ad latera.

thesis 2a. lumen ita propagatur, ut debilius sit quâ proportione magis receditur à lucido.

thesis ista constat ex dictis; et verò globuli disponuntur in modum coni, ita ut

apex sit in superficie lucidi. go motus qui communicatur apicem globulo coni constituenti distribui debet duobus, et sic deinceps.

obẽs. ōp̄t concipi quomodo radii emissi à singulis partibus hemisphaerii possint simul transire p̄ arctissimam pupillam oculi.

Rẽo nõ ãens. nam 1° globuli st tenues supra quam credi p̄t. go innumeri globuli pount simul transire p̄ idem punctum sensibile, et à fortiori p̄ pupillam, q̄ facit plura puncta sensibilia. 2° quilibet ex globulis immediatè contiguis pupillae transmittit impressionem plurium linearum, go ō mirum ē si videatur simul totus horison.

insbis 1° falsum ē q̄d globuli qui st propè retinam v̄ in ipsâ retinâ possint quolibet instanti sensibili accipere et ad retinam transmittere diversas impressiones.

Rẽo nõ ãens. nam globuli qui st in pupillâ, si semel accipiant diversas impulsiones, dent iis satisfacere, ineundo directionem compositam ex illis impulsionibus. go globuli qui reperiuntur pupillam inter et retinam feriuntur impulsioni q̄ aequivaleat diversis illis impulsionibus. go dent v̄ afficere totidem diversas

retinæ partes, ñ ad eandem retinæ partem deferre impressionem æquivalentem diversis impressionibus.

ibs 2°. illæ impressiones dent permisceri et confundi. gō totus horison, imò et ōbta si numero sint plura, ō dent unico intuitu conspici.

Rēo disguo aēns. illæ impressiones dent confundi, idē, dent ēē minùs distinctæ quam ñ unicum ñ pauciora conspicerentur ōbta, cōo. dent ità confundi ut nulla percipiatur ōbtorum distinctio, ñō. nam illæ impressiones licet multiplices, fiunt tm̄ in diversis retinæ partibus. gō det percipi distinctio inter ōbta.

paragraphus 2us.

de reflexione luminis.

thesis 1a lumen ità reflectitur ut angulus reflexionis sit æqualis angulo incidentiæ.

pūr innumeris experimentis. si enim v.g. radii paralleli incidant in speculum planum, reflectuntur paralleli eandem servando inclinaonem respectu plani; si verò incidant in speculum convexum, divaricantur; coadu=

nantur verò si in speculum concavum; atq illud manifestè thesim probat.

intelliges in quo consistat virtus speculi ustorii. nimirùm radii per superficiem speculi concavam ad eundem angulum reflexi, coincidunt et coadunantur in aliquo puncto, quod punctum vocatur focus speculi, quia scilicet radii in eo puncto coadunati habent maximam vim, incendunt corpora, liquant metalla. — cæterùm in illo solo puncto incenduntur corpora quia ante illud punctum radii nondùm sunt coadunati, et post illud punctum rursùs divaricant.

thesis 2a. lumen præcisè reflectitur, non à partibus solidis corporum, sed aliquando in poris contento.

probatur. 1o si tractus luminis obliquè incidat in vitrum planum, ita ut angulus inclinationis sit quadraginta unius gradum, totus tractus luminis sensibiliter vitrum trajiciet, nec ulla ejus pars sensibiliter repercutietur. si verò inclinatio fiat vel unico gradu major, totus tractus repercutietur. atq fieri non potest ut quia inclinatio uno gradu augetur vel minuitur, totus tractus modò in partes solidas, modò in poros incurrat, sed

concludendum ē lumen incurrens in partes solidas v̄ ō resilire ejusque vim comprimi, v̄ ita rarum ēē et inordinatum, ut organum visûs movere nequeat; lumen verò incurrens in poros modò trajicere vitrum, modò repercuti, propter occursum maæ vitri poris contentæ, prout magis v̄ minus obliquè, ac proindè prout fortiùs v̄ debilius in illam incurrit.

2°. si tractus luminis p̄ prisma transmissus, in septem colores dividatur, et rubeus ac ceruleus v. g. eâdem v̄ quâdam obliquitate incurrant in 2dum prisma, tractus ceruleus totus sensibiliter repercutietur, tractus vero rubeus totus sensibiliter transmittetur, aq tm dicō pt lumen ceruleum incidere in partes solidas, lumen verò rubeum in poros. gō concludendum ē lumen ceruleum ō resilire propter occursum partium solidarum.

confirmat newto hanc sententiam cujus ipse autor ē. ex modo, inquit, quo perpolitur vitrum, manifestum ē vitri cujuslibet superficiem ēē asperatam et insensibilibus sulcis exaratam, ita ut si

lumen occursu partium solidarum repercute=
retur, quoquo versùs dispergendum ēēt adeòque
ō ità accuratè reflecteretur, ut angulus reflexionis
ēēt æqualis angulo incidentiæ . . . cujus
argumenti vim effugere quidam conantur dicendo
vitri superficiem ēē moraliter seu sensibiliter
planam. verùm ō indagandum ē an plana sit
moraliter, sed an sit hirsuta quam plurimùm
respectivè ad radios luminis, seu an illius
asperitates sint multò maiores corpusculis lumen
deferentibus. āq manifestum videtur corpus=
cula illa sivè lumen ēē multò exilius asperi=
tatibus vitri, quandoquidem vitrum perpolitur
ope sabuli.

Dices cum quibusdam contrà probati=
onem. experimenta allata ō probant lumen
repercuti propter occursum maææ poros replen=
tis. pūr: dici pt lumen repercuti elaterio villu=
lorum vitri poros occludentium, quando ità
obliquè eos collidit ut sit impar illis flecten=
dis; trajicere autem vitrum quando propter
minorem obliquitatem villos flectere pt. ḡo &c.

Rēo rō aēns ejus quē probaōnem. nam 1°
adversarii villos hujusmodi ōadmittunt nisi
ut colorum diversitatem ex divʳsâ flexibilitate
villorum repetant; videbimus autem infe=
rius aliundè oriri diversitatem colorum. . .

2º. explicent adverſarii cur radii in villulos incurrentes repercutiantur, ō autem radii incurrentes in partes è quibus prodeunt illi villuli. 3º. ſi ea fuerit obliquitas vitri ut luminis tractus partim reflectatur partim transmittatur, radii reflexi dici ō pount reſilire propter occurſum villulorum. et verò juxtà adverſarios radii incidentes in extremitatem villulorum eos flectunt, et vitrum trajiciunt, radii autem incidentes in radicem villulorum repercutiuntur, qa radix ē multò minus flexibilis. undè ſic argumentor, ō pt inflecti extremitas villulorum quin tota illorum longitudo aliquatenùs flectatur, ſicuti viminis extremitas ō pt inflecti, quin totum vimen flectatur. go radix villulorum aliquatenùs inflectitur et curvatur deorſum. go efficit angulum cum ſenſibili vitri ſuperficie. go ſi reſilirent radii in radicem incurrentes, angulus reflexionis ō parùm differret ab angulo incidentiæ ſenſibilis, qd ē contrà experientiam, ꝑur ultima cōa: angulus incidentiæ

realis ē parum differret ab angulo incidentiæ ſenſibilis, ſcilicet propter villorum inflexionem. ḡo angulus reflexionis ē parum differet ab angulo incidentiæ ſenſibilis.

Dices iterum. quid igitur fit de radiis in partes ſolidas corporum impingentibus.

Rēo dici pt lumen illud conteri quemadmodum globus eburneus conteritur quando in ſaxum vi maximâ incutitur. 2°. dici pt lumen illud extingui communicando motum ſuum partibus illis ſolidis, ſicuti radius in retinam impingens extinguitur communicando motum ſuum retinæ. 3°. dici forte pt corpora opaca etiam denſiſſima paucis adeò conſtare partibus propriis, ut luminis exiguiſſima copia in partes illas incurrens et inordinatè repercuſſa, organum viſûs commovere ſufficienter nequeat. et ideò in thesi dixi præcipuè.

obes. in poris nulla ē mā æ poſſit impedire luminis diffuſionem. ḡo lumen non reſilit propter occurſum mæ poros replentis,

Rēo nō aēns. illud enim ſuadent allata experimenta. dico itaquè lumen incurrens in poros reſilire quemadmodum lapides ſeu

plani ſeu rotundi reſiliunt quando maximâ
obliquitate in aquam incurrunt, ergo reſiliunt
autem ſed aquam ſubeunt ſi minus
obliquè projiciantur in aquam.

instabis 1º materia poros vitri replens non
difficilius trajicitur lumine quam materia
replens poros aëris, atqui materia replens poros
aëris facile trajicitur lumine. ergo &c.

Resp. neg. majorem. detinetur enim in loco
angustiori. ergo difficiliùs diverberatur et
trajicitur.

instabis 2º juxtà datam responſionem
lumen eò faciliùs reſiliret quò pori corporis
incurrentis eſſent anguſtiores. cons. est
contrà experientiam: ſpiritus enim vini
et therebentinæ multò leviores ſunt, et
consequenter multò plures et majores habent
poros quam aqua, atqui tamen lumen quod potest
trajicere aquam reſilit propter occurſum
ſpiritûs vini et therebentinæ.

Resp. distinguo majorem. ſi cætera ſint
paria, concedo. ſecùs, nego. distinctâ ſimiliter
minore, nego consequentiam. cætera non ſunt paria, quia 1º dici
fortè potest multò quidem plures, ſed tamen multò

mires ēē poros ſpiritûs vini quam aquæ, 2° ex illo ſpiritu efferuntur continuò ſurſum tenuiſſimi vapores quorum impetus opponitur diffuſioni luminis, atque adeò lumen faciliùs trajicit aquam. ideò etiam refractio luminis ē mediâ circiter parte mar, cæteris paribus, intrà ſpiritum vini quam intrà aquam.

Quæres 1° an ab oī corpore viſibili ſeu opaco ſeu diafano reflectatur lumen.

Rēō affirmativè. corpora enim ā videntur, ō videntur niſi p̄ lumen q̄d ab iis reflectitur.

Quæres 2°. cur ex oī loco ō videantur obĵta in ſpeculo.

Rēō q̄a videri tn̄ dēnt ex eo loco verſus quem reflectuntur radii, ſervatâ angulorum æqualitate.

Quæres 3°. cur idem obĵtum ō videatur in eodem ſpeculi puncto quando ſpectator mutat locum. Rēō q̄a ab eodem ſpeculi puncto ō poūnt reflecti radii ad q̄cumque loca ſub eodem angulo.

cæterùm angulus incidentiæ fit p̄ lineam incidentiæ et p̄ lineam perpendicularem ſuperficiei corporis reflectentis; angulus verò reflexionis fit p̄ lineam reflexionis, et p̄ dictam lineam perpendicularem.

Quæres 4.° an lumen debilitetur per

reflexionem.

Rēo vulgò debilitatur. constat enim lumen ēē minus vividum in locis q̄ illustrantur p̄ solum lumen reflexum. rāo autem ē 1.º q̄a radii absorbentur à corpore reflectente. 2.º quia plurimi radii reflexione dispergunter.

dixi vulgò, q̄a lumen aliquandò intenditur p̄ reflexionem, ut quando multi radii in speculum concavum incidentes, reflectuntur versùs eundem locum, ibique corpora comburunt.

Quæres 4.º an radii oēs qui à sole emittuntur sint æquè reflexibiles.

Rēo negativè. si enim sumantur duo radii qui æquali obliquitate incidant in vitrum v.g., unus reflectetur, et alter penetrabit; radius rubeus v.g. totus vitrum penetrabit, radius verò cæruleus totus reflectetur.

paragraphus 3.us

de luminis refractione.

Lumen refringi, ē lumen deflectere à lineâ sui motûs.

thesis 1.a lumen obliquè transiens à medio rariori in densius, v.g. ab aëre in aquam ū in vitrum, refringitur p̄accessum ad perpendicularem.

ꝑtur. nam si radius solaris excipiatur per foramen et subeat obliquè ex aëre in aquam, declinat versus fundum vasis, accedendo ad perpendicularem.

Thesis 2ª. lumen obliquè transiens à medio denso in rarius refringitur ꝑ recessum à perpendiculari.

ꝑtur. nam si radius unus obliquè subeat ab aquâ in aërem, deflectit à lineâ quam describebat intrà aquam, et recedit à perpendiculari.

intelliges medium rarius putà aërem ēē medium magis resistens respectu luminis, quam medium densius v. g. aquam aut vitrum.

hinc 1º si in fundo vasis constituatur nummus qui videri ō possit propter latus vasis interceptum, deindè affusâ aquâ, nummus ex eodem loco videtur. radii enim à nummo reflexi et transeuntes ab aquâ in aërem refringuntur ꝑ recessum à perpendiculari.

adverte nummum ō videri in loco in quo ē, sed longius à perpendiculari, q̄a scilicet objectum visum refertur semper ad extremitatem radii qui ferit oculos.

hinc 2º sol sæpè videtur antequam emerserit suprà horisontem, q̄a scilicet radii quos emittit atmosphæram subeuntes ità

refringuntur p̄ accessum ad perpendicularem, ut radii ad oculum venientes rectâ lineâ producti pertingant ad punctum cæli suprà horisontem elevatum.

Hinc 3.° baculus apparet fractus si mediâ sui parte sit immersus intrà aquam. pars enim immissa emittit radios refractos, pars autem emergens radios qui ō refringuntur.

Dices. sed quarè lumen refringitur diverso modo ac corpora sensibilia.

Rēo ideò corpora sensibilia refringuntur p̄ recessum à perpendiculari dum subeunt medium densius, è contrà p̄ accessum ad perpendicularem dum subeunt medium rarius, qā marem inveniunt resistentiam in medio densiore, in rariore mīrem. gō ideò lumen refringitur contra morem corporum sensibilium, qā mīrem invenit resistentiam in medio densiore, in rariore marem. et verò nulla afferri pt alia rāo cur corpus impulsum secundùm unam lineam deflectat ab illâ lineâ ad dexteram potiùs quam ad sinistram, nisi qā minorem invenit resistentiam ad dextram quam

ad ſinistram.

insbis 1º medium denſius ē medium magis resistens respectu corporis ſenſibilis. go etiam respectu luminis.

Rẽo nõ coam. disparitas ē qa corpus ſenſibile õ pt moveri intrà aliqd medium quin vincat parem molem illius medii. go quò medium ē densius eò magis det resistere motui corporis ſenſibilis. at verò lumen õ het vincendam parem molem medii. vibratur enim in aëre, in aquâ, aut in alio medio quin dividat illud medium. nimirùm transit p poros tùm aëris tùm aquæ.

insbis 2º sed quarè lumen minorem invenit resistentiam intrà poros aquæ quam intrà poros aëris.

Rẽo qa pori aëris ſt infinitis propè=modum, hirſuti villulis quos maa globulo=ſa det inflectere ut ſubeat poros aëris. pori autem aquæ õ tot villis ſcatent.

insbis 3º aër ē magis diaphanus quam aqua. go lumen faciliùs movetur intrà poros aëris quam intrà poros aquæ.

Rẽo nõ coam. nam ex eo qd aër ſit magis diaphanus, ſequitur quidem aërem

plures hēc poros p̄ quos transmittatur lu=
men, sed ō sequitur qd transmittatur eādem
facilitate intrà poros aëris quam intrà poros
aquæ, sivè ō sequitur qd radii qui transmit=
tuntur intrà aërem ō magis deperdant
singuli de suo motu, quam singuli radii
qui p̄ aquam transmittuntur.

instbis 4.º go aqua debet ēē aquè dia=
phana ac aër. pbtur cōa: licet aqua transmit=
tat paucìores radios, tn̄ transmittit illos
fortiores. go sic.

Rēo nō cōam. ad probaōnem disquo
aēns. et vis mār radiorum transmissorum
p̄ aquam compensat numerum mārem radio=
rum transmissorum p̄ aërem, nō aēns. et ō
compensat, cōo aēns. vividiores quidem st
radii transeuntes p̄ aquam, qa minus
deperdunt de suis viribus. sed excessus ille
vividitatis ō compensat multò majorem
frequentiam radiorum quos transmittit
aër. decem radii v. g. transmittuntur p̄
aërem, dum unus p̄ aquam transmittitur.
go licet radius unicus transmissus per
aquam sit vividior quolibet radio

transmiſſo p aërem, ē tm debilior decem radiis transmiſſis p aërem ſimul ſumptis.

Dices iterùm. æther minus resistit motui luminis quam resistat aër: āq tm lumen transiens ab æthere in atmoſpheram, idē in aërem refringitur p acceſſum ad perpendicularem, videmus enim ſolem licet ſit infrà horiſontem. go &c.

Nēo nō maiorem. nam in æthere ſivè extrà atmoſpheram maa ſubtilis hēt maximum motum tùm rapiditatis tùm liquiditatis, et p utrumque plurimùm resistit luminis rectæ propagaoni. ḡo lumen obliquè transiens ab æthere in atmospheram refringi dēt p acceſſum ad perpendicularem et afficere nōos oculos radiis qui recta producti convergerent ſuprà horiſontem, et ſic faciunt ut videamus ſolem ſuprà horisontem, licet reipsà ſit [illegible] infrà.

insbis. æther ē oium mediorum denſiſſimum, nullos enim hēt poros. ḡo juxtà nos dēt eē medium oium minimè resistens motui luminis.

Nēo transeat aens, dico transeat qā p medium densius intelligi ſolet illud in quo minus ē maa ſubtilis. ſed nō coam. medium enim rarius ō ideò præciſe magis

refringit q̄a magis ē rarum, ſed q̄a magis impedit rectam luminis propagaōnem. āq extrà atmoſpheram næa ſubtilis p̄ ingentem ſuum motum in ōem ſenſum magis impedit rectam luminis propagaōnem. ḡo det magis refringere. ḡo æther ità ē medium denſiſſimum, ut tm̄ quoad refractionem æquivaleat medio rariſſimo.

adverte tm̄ q̄d alii aliter ſic respondeant: radii ſolis, dum ſubeunt atmoſpheram transeunt à medio nullatenùs resistente in medium resistens. ḡo in ingressu atmoſpheræ lumen det refringi p̄ receſſum à perpendiculari. at verò dum ab ingreſſu atmoſpheræ radii pergunt versùs terram, quolibet instāti inveniunt äërem densiorem, et cōnter minùs resistentem. ḡo ab ingreſſu atmoſpheræ usquè ad terram, lumen quolibet instanti refringitur p̄ acceſſum ad perpendicularem.

cæterùm refractiones q̄ fiunt in atmoſpherâ p̄ acceſſum ad perpendicularem ō solùm emendant refractionem factam in ingreſſu atmoſpheræ p̄ receſſum à perpendiculari, ſed magis inclinant radios ad perpendicularem.


Dices 3º juxtà nos radius perpendiculariter incidens in crystallum utrinque planam

ō derent partim refringi partim ō refringi. quod ē contrà experientiam, ut patet in crys=tallo islandicâ.

Rēo coo narem, nō mirem. nam crystallus islandiā licet videātur hēre ſuperficiem oio planam, ō reverà tm̄ hēt. constat neope variis quasi laminulis ità inter ſe conjunctis ut faciant ∽ angulos, qui licet ō percipiantur oculis, faciunt tm̄ ut illius crystalli ſuperficies constet ∽ planis inſenſibilibus diverſimodē inclinatis. hinc illa crystallus duplicat characteres libri ſuprà quem imponitur. hinc etiam radius qui apparet totus perpendicularis crystallo ē partim perpendicularis uni ſuperficiei, et partim obliquus alteri ſuperficiei p̄ quam dēt refringi.


intelliges refractiones luminis facere ut radii qui obliquè incidunt paralleli intrà medium refringens poſſint exire ō paralleli, v̄ convergentes, v̄ divergentes, prout ſcilicet diverſa erit figa corporis lumen ∽ refringentis.

1.° enim ſi radii paralleli AB, CD, EF incidant obliquè in laminam vitream HG utrinquè planam, et transmittantur, exibunt paralleli, quia ſubeundo refringuntur




p̄ accessum ad perpendicularem, et exeundo refringuntur p̄ recessum à perpendiculari, ita ut 2da refractio emendet primam.

2°. si radii paralleli AB, EF incidant in lentem vitream utrinquè convexam, et transmittantur, exibunt convergentes ita ut coadunentur in puncto G, quod vocatur focus lenti=



=culæ: nempè unicus ex illis radiis ABK incidit perpendiculariter in mediam lentem, nec proindè refringitur, alii vero incidunt obliquè respectivè ad superficiem convexam illius lentis, atque ità refringuntur p̄ accessum ad perpendicularem, sicque convergunt versus mediam lentem. in exitu vero refringuntur p̄ recessum à perpendiculari, nempè radius DX recedit à perpendiculari IT, et alii radii similiter recedunt à perpendiculari, sicque fiunt magis convergentes. . .
qd si vitrum illud ēet convexum ex unâ parte et planum ex alterâ, radii illi

exirent quidem convergentes, ſed focus eſſet à vitro remotior.



3° ſi radii paralleli incidant in vitrum cujus utraque ſuperficies ſit concava, dent exire divergentes, ac proindè eò magis divaricari. ratio ē qa ſubeundo accedunt ad perpendicularem et exeundo recedunt à perpendiculari, et ſic dent adhuc magis divaricari, ut patet ex inſpectione figuræ.

ex iis pendet totum perſpicillorum, mycroſcopiorum, et teloſcopiorum artificium.

Theſis 3.ª radii luminis ſt inæqualiter refrangibiles.

explicatur et probatur. tractus luminis p̄ exiguum foramen in cubiculum obſcurum excipiatur, et obliquè incidat in priſma vitreum, ac deindè excipiatur papyro albâ ſexdecim circiter paſſus diſtante à priſmate, tractus ille luminis ità incidet in papyrum, ut exibeat ſeptem colores hoc ordine diſtinctos, rubeum ſcilicet, aureum, flavum, viridem, cœruleum, indicum, et violaceum. rubeus autem infimum locum obtinebit,

violaceus verò supremum, ita ut rubeus patiatur refractionem oium minimam, violaceus oium maximam.

Thesis 4.a causa inæqualis refrangibilitatis radiorum ē inæqualis vis eorumdem radiorum.

explicatur. Sensus ē qd ideò rubeus radius v.g. mirem patiatur refractionem, violaceus verò morem, qa vibraões radii rubei st fortiores, vibraões verò violacei st debiliores.

pbr. nam hoc ipso qd è duobus radiis æquè obliquè incidentibus ex äere v.g. in aquam unus ē fortior, et alter debilior, qui fortior ē mares het vires ad vincendam vim refrīngentem aquæ aut aëris. qo det magis directè penetrare medium in qd incidit et cōnter minus detorqueri à lineâ p̄ quam incidit, atque adeò minus refringi.

inferes 1.o cur si duo radii, unus rubeus, v.g. alter violaceus æquè obliquè incidant à vitro in aërem, radius rubeus penetret aërem, radius verò violaceus reflectatur intra vitrum qa scilicet cùm radius rubeus sit fortior quam radius violaceus, radius rubeus in eâdem obliquitate heret vires sufficientes

ad vincendam vim refringentem aëris, et cœnter ad penetrandum intra aërem; radius verò violaceus ō hēt vires ſufficientes ad illud præstandum.

inferes 2.º radios luminis ēē inæqualiter reflexibiles,

inferes 3.º cauſam reflexionis luminis eandem videri ac cauſam refractionis, ſuperficies enim corporum diaphanorum quæ hēnt marem vim refringentem ea itidem marem hēnt vim reflectentem. gō cauſa reflexionis luminis eadem videtur ēē ac cauſa refractionis. pur aēns aër v. g. marem hēt vim refringentem quam aqua. ſi enim radius certâ quâdam obliquitate transeat à vitro in aërem, magis refringitur quam ſi eâdem obliquitate transeat à vitro in aquam; āq ſimiliter aër hēt marem vim reflectentem quam aqua. pur mir ſi radius luminis ita obliquè incidat à vitro in aërem ut angulus incidentiæ ſit major quam quadraginta unius graduum, totus reflectitur, ſi verò æquè obliquè incidat à vitro in aquam, totus penetrat aquam, ergò aër habet vim majorem reflectentem quam aqua.

articulus 3.us

de diafaneitate et opacitate.

præmitto. corpora illa dicuntur diaphana quæ præbent facilè aditum magnæ copiæ luminis. illa verò dicuntur opaca quæ vel nulli radio luminis transitum præbent, vel saltem paucissimis. thesis 1.a diaphaneitas consistit in multitudine et rectitudine pororum corporis diaphani; opacitas verò in raritate et sinuositate pororum corporis opaci.

pbur utraque pars. nam 1.o diaphaneitas consistit in eo quod multùm luminis transeat ultrà corpus diaphanum. atqui positâ multitudine et rectitudine pororum in aliquo corpore, multùm luminis per illud transmitti debet. pbur min: positâ multitudine, pauciores radii debent reflecti; positâ rectitudine pauci debent extingui. ergo plures radii debent transmitti.

2.o opacitas consistit in eo quod nihil aut parùm luminis transmittatur per corpus opacum. atqui positâ raritate et sinuositate pororum, nihil aut parùm nihil luminis debet transmitti. pbur min: positâ raritate

multùm luminis dēt reflecti. positâ sinuositate sivè obliquitate, multùm luminis debet extingui. ḡo ū parùm ū nihil luminis dēt transmitti.

p̄ūr iterùm. q̄a sic bene explicantur oīa phenomena. ac 1.º quidem cur aër, aqua, vitrium, &c. sint corpora diaphana.

2.º cur corpora q̄cumque opaca, si in tenues laminas dividantur, fiant diaphana. tunc enim propter parvam laminæ crassitiem facilis ē pororum rectitudo facilisque luminis transmissio.

3.º cur corpora diaphana, si sint valdè crassa, v. g. si plures laminæ vitreæ aliæ cum aliis conjungantur, fiant corpus minus diaphanum, q̄a scilicet in tantâ crassitie ō pt̄ servari rectitudo pororum,

thesis 2.ª diaphaneitas importat insuper æqualem densitatem molecularum corpus diaphanum componentium: opacitas verò inæqualem densitatem molecularum.

p̄ūr. q̄a positâ illâ æquali densitate molecularum, nulla dēt fieri reflexio aut refractio in totâ profunditate illius corporis. ḡo corpus illud dēt plurimùm luminis transmittere et cōenter ēē diaphanum: positâ verò inæquali

denſitate moleculārum dēnt plures fieri reflexiones et refractiones in denſitate corporis, ḡo corpus illud dēt perparum luminis transmittere. ḡo dēt ēē opacum. pūr aens: lumen ō refringitur aut reflectitur niſi quando transit p̄ media diverſæ densitatis. ḡo dum transit ab unâ moleculâ in aliam æqualis densitatis nullam dēt pati reflexionem aut refractionem; dēt verò pati, quando transit ab unâ moleculâ in aliam diverſæ densitatis.

cæterùm moleculæ alicujus corporis dicuntur ēē ejusdem densitatis, quando particulæ è quibus componitur ǣlibet moleculæ hent æqualem molem æqualibusque ſt ſpatiis distinctæ.

pūr 2º. q̄a ſic benè explicatur 1º cur ſi vitrum comminuatur appareat opacum intrà äerem, appareat verò pellucidum intrà aquam. rāo enim primi ē q̄a radii exeuntes è particulâ unâ vitri patiuntur unam refractionem propter äerem intermedium, et aliam refractionem dum aliam vitri particulam ſubeunt. undè propter

multas illas refraxiones, multum luminis det dispergi. rāo 2di ē q̄a cùm aqua eandem ferrè h̄eat densitatem ac vitrum, radii ab unâ vitri particulâ in aquam tranſeuntes, nullam aut ferè nullam patiuntur refractionem. ḡo ꝫo multum luminis tunc dispergitur,

2.º explicatur cur vitrum benè levigatum ſit magis diaphanum quam vitrum ō levigatum, q̄a ſcilicet propter aſperitates ſuperficiei radii è vitro exeuntes v intrà vitrum ſubeuntes diverſas patiuntur refractiones et reflexiones. adde q̄d quando vitrum ō ē levigatum, facilè ſordeſcit. undè propter partes heterogeneas vitri adhærentes aut plures extinguntur radii, aut propter refractiones quas inducunt hujusmodi partes, radii plures disperguntur.

obes 1.º corpus diaphanum, v. g. crystallus ex quâcumque parte conspiciatur apparet diaphana. aq tm̄ ō h̄et poros rectos in oēm ſenſum, ḡo diaphaneitas ō importat rectitudinem pororum.

R̄eo too majorem, no minorem. nam partes illæ poınt ēē itâ dispoſitæ ut

undequàque pateat aditus rectus, sicuti inter arbores in quincuncem dispositas patet via recta in oem sensum.

insbis 1° tota crystallus apparet illustrata, go transmittit lumen ō solum p poros sed etiam p partes solidas,

Rēo nō coam, ad hoc enim ut tota crystallus appareat illustrata, sufficit ut nulla sit in eâ pars sensibilis p quam radii ō transmittantur.

insbis 2°. radii p crystallum transmissi interrumpuntur partibus solidis. go deberet apparere interruptio luminis in crystallo.

Rēo coo aens, nō coam, quamvis enim radii illi interrumpantur p partes solidas crystalli, quando tm ad oculum perveniunt, totam retinam commovent, radius enim non solum commovet partem retinae sibi subtam, sed etiam vicinas. atque hinc ē,

1° cur prata multis floribus albis conspersa appareant eminus oio alba, licet flores illi sint separati p alia corpora diversi coloris,

2°. cur mons propter plurimas sui partes nive coopertas, totus nive coopertus appa=

reat ernimus.

3.° cur non videatur aër neque umbra ipsius particularum, quia scilicet illius partes sunt tam exiguae et tam ab invicem separatae ut non impediant continuam impressionem in retinâ.

4.° cur obiecta trans vitrum posita appareant tota, licet non ex omnibus illius punctis radii ad oculum usque veniant.

instabis 3.° non potest explicari cur aliqua corpora ità sint diaphana ut lumen transmittant et obiectorum species, ut vitrum: alia verò lumen quidem transmittant, non verò obiectorum species.

Resp. nego antecedens. et dico causam hujusmodi diversitatis esse quia partes quorumdam corporum sunt ità aequalis densitatis, eorumque pori ità recti, ut lumen ab obiecto ad oculum usque transmittatur sinè ullâ alteratione. aliorum verò corporum partes neque sunt aequalis densitatis, neque poris omnino rectis disiunguntur, unde lumen per illa corpora transiens patitur aliquam alterationem.

obiicies 2.° si diaphaneitas importaret rectitudinem pororum, liquida non essent diaphana. probatur: liquida moventur continuò motu respectivo. atqui stante illo motu, stare non potest rectitudo pororum.

Resp. nego minorem, nam si partes liquidi occludant aliquos poros dum moventur respectivè, eodem tempore alios aperiunt. unde remanet

ſemper idem moraliter numerus eademque rectitudo pororum.

inſtbis. ō pt explicari 1.º cur papyrus oleo inuncta fiat diaphana. . . 2.º quarè papyrus aquâ communi imbuta ſit magis diaphana; ſi tm̄ imbuatur aquâ marinâ, fiat minus diaphana. . . 3.º cur aqua ſale imbuta ſit magis diaphana. . . 4.º cur aqua congelata ſit diaphana, oleum verò congelatum ſit opacum. . . 5.º cur lapis ille qui vocatur oculus mundi, ſi intrà aquam immergatur et madefiat, ſit diaphanus, opacus verò ubi exſiccatus est.

Rēo ad primum, 1.º partes olei ſubeuntes poros papyri, illos dilatant. 2.º partes olei deprimunt villos quibus horrebant latera pororum. cæterùm partes olei q̄ ſt intrà poros retinent quidem aliquos radios, ſed tm̄ propter ampliationem pororum et depreſſionem villorum, mōr ē via quam partes olei aperuerunt radiis, quam ſit via quam occluſerunt.

ad ſecundum, rāo primi ē q̄a tunc partes aquæ ſt denſitatis magis æqualis: partes enim aquæ ſt ejuſdem ferè denſitatis ac partes papyri; quando verò ō imbuitur

aquâ, partes illius ſt inæqualis densitatis.
. rão ſecundi ē qa tunc tota papyrus constat particulis inæqualis densitatis; partes enim aquæ marinæ propter ſales admixtos maris ſt densitatis quam partes papyri.

ad tertium, rão ē qa ~ particulæ ſalis attenuant partes aquæ, unde fit ut plures ſint pori in aquâ quam erant anteà; ~ qa partes ſalis cum ſint rigidiſſimæ, retinent partes aquæ maximè ſeparatas, et cōter ~ magnam viam aperiunt lumini.

ad quartum, rão ē qa partes aquæ facilè cedunt actioni globulorum et facilè disponuntur in lineam rectam, qa ſt oblongæ, læves et flexibiles. at verò partes olei ſt ramoſæ. g° dum ceſſant moveri, alia ~ extenditur ſuprà aliam, ut partes aquæ, ſed unus ramuſculus alium apprehendit, implicantur mutuò, et ſic interrumpunt pororum rectitudinem,

ad quintum, rão ē qa ejus poris circumjecti ſt ramuſculi qui fiunt flexibiliores. quando ſt aquâ imbuti, et ſic faciliorem aditum præbent lumini. quando verò ſt ſicci, ſt magis rigidi et luminis transitum impediunt.

Quæres 1° an diaphaneitas importet

ſemper et neario rectitudinem pororum ut traduit paſſim philoſophi.

Ideo videtur qd ō neario importet. nam etsi pori eent obliqui, modò eadem eet oium obliquitas, radii ſervarent ordinem ſuum, tuncque ſenſāo referretur ō ad ipſum lucidum, ſed ad illius imaginem quandam existimatam, quemadmodùm refertur ō ad obta quæ videntur in ſpeculis, ſed ad illorum imaginem quandam trans ſpeculum, v ad ſolem imaginarium quando trans priſma conſpiciuntur radii ſolares refracti propter occurſum priſmatis.

adverte itaque. 1º ſi radii luminis exeant è vitro v. g. eodem ordine quo vitrum ſubierant, eodem modo oculum afficient, et ſenſāo viſionis referetur ad obtum trans vitrum, ō autem ad ipſum vitrum, quemadmodùm ō refertur ad ipſum ſpeculum. ut autem radii ſint eodem modo ordinati, ō ē neceſſe ut pori ſint recti.

2º. ſi radii diaphanum trajicientes ordinem ſuum ō ſervent, lucidum ō percipietur trans diaphanum, qa illius radii

ō efformabunt angulos quibus dignoſcimus magnitudinem et distantiam obtorum; ſed illi anguli inchoabuntur ab exitu à diaphano; ideòque lumen lucidi referetur ad ipſum diaphanum. ità lumen ſolis refertur ad cancellos papyraceos quibus feneſtræ occluduntur.

3° perfecta ergō diaphaneitas consistit in eâ pororum copiâ et continuitate propter quam radii luminis exeant ē diaphano eodem numero et ordine quo diaphanum ſubierunt. diaphaneitas autem imperfecta in eo consistit q̄d radii luminis propter pororum paucitatem v̄ ſitum, pauciores aut alio ordine exeant ē diaphano.

4° ō datur perfecta diaphaneitas, q̄dlibet enim diaphanum h̄et partes ſolidas et exiguiſſimos poros quibus v̄ extinguuntur vel repercutiuntur plures radii.


Quæres 2° quarè ſpeculum cujus posterior ſuperficies ē instructa mercurio, duplicem ſæpe obti imaginem referat.

R̄eō q̄a lumen trajiciens ſpeculum repercutitur occurſu faciei posterioris obductæ mercurio, et exit p̄ faciem anteriorem, ita ut exhibeat imaginem obti ab eâ diver=

ſam quam exhibet prima facies.

Quæres 3.° cur ōbta videantur intra ſpeculum depicta.

Reo qa radii venientes à quovis objecti puncto ſic à ſpeculo reflectentur ad angulos æquales, ut perveniant ad pupillam perindè ordinati et divergentes ac ſi directè profecti fuiſſent ab aliquo puncto qd foret tam procul ponè ſpeculum, quam ōbtum distat à eo ſpeculo.




Sit v. g. ſpeculum BE; ōbtum viſibile A; radius AB ad oculum K reflectetur p lineam CK; radius AB reflectetur p lineam EK. illi duo radii ab oculo referentur in punctum M, qa perindè ordinati perveniunt ad oculum ac ſi profecti fuiſſent ex puncto M, ō autem ex puncto C; ac proindè ōbtum A intrà ſpeculum videtur depictum. . . . rurſus ōbtum A tn videbitur à ſpeculo distare, quantum re ipſa distet. rao ē qa punctum M tn distat à plano IBE coeunte cum ſpeculo,

quantum diſtet punctum A.

Quæres 4° quarē ſpeculum concavum variet et magnitudinem et ſitum ōbti prout diverſa ē aut oculi aut ipſius ōbti distantia à ſpeculo.

Rēo ut illud intelligatur ſit ſpeculum concavum AC cujus ferē centrum ſit T, objiciatur ipſi parva ſagitta EF conſpicienda ab oculo DK. ~ radii incidentes à puncto E in puncta NG reflectentur juxtà BD et GK, atque convergent ad H. radii verò emiſſi à puncto F ad IL reflectentur juxtà ID et LK, atque convergent ad M. go ſagitta EF apparebit in HM, et erit ejus magnitudo apparens mār reali. ſimiliter imaginis distantia ultrà ſpeculum apparebit mār quam ōbti distantia citrà ſpeculum.



Jam verò ſi radii NE et OF producantur ultrà EF convergent ad punctum P ultrà quod ità divaricabuntur ut ſuperior NE fiat inferior PR. item inferior OF fiet ſuperior PQ. go ſi ſagitta PR exhibeatur ab illo ſpeculo apparebit inverſa in HM, et quidem ita ut radii venientes à quovis ōbti puncto variè decuſſentur in diverſis distantiis inter ſpeculum et oculum, atque ità ō niſi confuſē percipietur

imago.

quod ſi ſagitta EF ſit conſpicienda in illo ſpeculo ab oculo conſtituto in x, percipietur quidem punctum E, ope quorumdam ex radiis qui à speculi parte BG perveniebant ad oculum in DK constitutum, et cum punctum F non percipietur ope radiorum qui reflectentur à ſpeculi parte iL, ſed poterit percipi ope radiorum qui ab F directè incidentes in y reflectentur juxtà y, et punctum F referetur ad z atque tunc magnitudo apparens erit Hz.

verùm ſi ſagitta ſit in p magis distans à ſpeculo concavo quam quartâ parte diametri ſphera, continget ut radii reflexi convergant inter ſpeculum et oculum, atque ita ſi oculus o ſit à ſpeculo ſatis remotus, nihil niſi confuſam percipiet imaginem; ſi verò oculus ſit in debitâ à ſpeculo distantiâ, ꝯ referet imaginem ubi ſibi mutuò occurrent radii à quovis obti puncto immiſſi, et à ſpeculo reflexi ad extrema pupillæ; ſcilicet illi radii perindè afficient oculum ac ſi imago ibi foret ubi radii illi ſibi occurrunt. ĝo ex legibus unionis aæ cum corpore apparebit tunc imago inverſa in aëre pendula ſpeculum inter et oculum.

Hinc. 1° ſi ōbtum magis distet à ſpeculo quam quartâ parte diametri ſphæræ, erit imago inter ſpeculum et ōbtum velut in aëre pendula, et erit ōbto mīr.

2° ſi constituatur ōbtum in ſphæræ centro, erit imago æqualis ōbto.


3° ſi ultrà centrum verſus ſpeculum progrediatur ōbtum, et ejus distantia à ſpeculo ſit mār quam quartâ parte diametri, imago à ſpeculo ultrà centrum transcurret, et ōbto erit mār.

4° ſi ōbtum constituatur ad distantiam à ſpeculo æqualem quartæ parti diametri, imaginis distantia fiet infinita.

5° ſi tantillo propiùs ad ſpeculum accedat ōbtum, erit imago ponè ſpeculum ipſo objecto mār.

Quæres 5° quarè in ſpeculo convexo imago et distantia mīres appareant magnitudine et distantiâ reali.

Rēo ut illud intelligatur, ſit ſpeculum convexum ABC cui objiciatur ſagitta EF. radii venientes à puncto E ad BG reflectentur juxtà BD et juxtà GH, atque producti ultrà ſpeculum



convergent ad G. item radii venientes ab F ad MN reflectentur juxtà MD et NH, atque producti convergent ad L. gō EF apparebit in IL, et ejus magnitudo apparens atque distantia ultrà ſpeculum apparebunt minor magnitudine reali et distantiâ citrà ſpeculum.

articulus 4.us

brevis oculi descriptio.

oculus constat ſex præcipuè muſculis, quinque membranis ſeu tunicis, et tribus humoribus.

1.° è ſex muſculis quatuor ſt recti, duo obliqui. è quatuor rectis unus ē ſuperior, et oculum attollit, ideòque dicitur ſuperbus: alius ē inferior, deprimitque oculum, et ideò dicitur humilis. tertius adducit unum oculum verſus alium, et ideò dicitur adductor. quartus oculum flectit in partem oppoſitam, et ideò abductor apellatur v̄ etiam indignabundus. muſculi obliqui ſimul ita contrahuntur ut oculi quem constringunt, minuant latitudinem et augeant longitudinem magis aut minus prout diverſa est distantia obli visi.

2º prima membrana vocatur adnata ū conjunctiva, et continet reliquum oēm oculum. extendit autem se usquè ad iridem id ē usquè ad fibrillas q multicolorem circulum exhibent circà pupillam, et quorum ope pupilla dilatari pt et contrahi. secunda vocatur cornea, quia anterior illius pars simul dura et pellucida ē instar laminæ corneæ: reliqua verò pars dura ē et opaca. in quibusdam aālibus, ut in noctuâ, in leone et aliis lucifugis anterior illius membranæ pars ē ità tenuis et ità pellucida, tantamque proïndè admittit luminis copiam, ut ū in locis obscuris eorum retina lædatur. hinc illa aalia magnum refugiunt lumen. . . tertia tunica seu membrana q humores complectitur vocatur uvea, qa anterior ejus pars ē instar uvæ. posterior ejus pars ē tenuis instar corii, undè corroïda seu corroïs dicta ē. ut autem radiis lucis transitum permittat, hīt in medio foramen dictum pupillam. . . quarta membrana vocatur aranea qa tenuissima ē. crystallinum humorem investit. . . quinta vocatur retina eo qd instar retis contexta sit ex innumeris nervulorum capillamentis concurrentibus in nervum

qui dicitur opticus. hæc membrana censetur præcipuum visionis organum.

3º tres oculi humores sunt aqueus, crystallinus et vitreus. aqueus continetur inter corneam uveam et crystallinum. si perforetur cornea effunditur humor aqueus, sed intrà paucas horas restituitur. secundus humor dicitur crystallinus, q̄ etiam lens oculi. radiis excipiendis et refringendis destinatur ac proindè decussandis, et coenter imagini, everso situ, projiciendæ in retinæ fundum: quo fit ut pars superior objecti in infimâ retinæ parte pingatur, pars autem inferior ejusdem obti in supremâ retinæ parte. pars tn̄ obti superior superiorem locum obtinere videtur, qa sensatio visionis lineâ rectâ refertur ad obtum visum, aq recta linea incidens in partem infimam retinæ producta terminatur ad obti partem supremam. 3º sic . . . vitreus humor magis molis ē, crystallino paulò rarior. hinc modicam refractionem radiis conciliat. implet autem totam oculi cavitatem, atque adeò retinam aliasque tunicas in suo situ explicatas continet.

Quæres 1.° quomodo radii luminis venientes ad oculos nobis exhibeant et distantiam et magnitudinem obtorum.

Reo q̄a duos efformant conos. apex unius ē in quocumque puncto obti visi, et basis terminatur ad oculum, conus ille distantiam exhibet. nam quò magis distat obtum, eò acutior ē angulus qui ē in apice. è contrà apex alterius coni oculum contingit, et basis obto viso terminatur, obtique magnitudinem repræsentat.

intelliges 1.° è singulis punctis obti emitti conos radiorum quorum basis ē in superficie externâ corneæ, apex verò in puncto unde radii emittuntur. nam punctum illustratum emittit radios in oēm partem et ex oī parte videri pt.

intelliges 2.° radios oēs emissos ab eodem puncto ità trajici p̄ humores oculi, ut omnes coeant v̄ tendant ad coeundum in uno retinæ puncto, et illud probatur ex figâ humorum oculi in quibus idem dēt evenire q̄d evenit in lente vitreâ, in quâ radii trajecti in unum deindè coeunt.

intelliges 3.° distinctam ēē visionem quando radii emissi à singulis punctis obti concurrunt in totidem retinæ punctis: tunc enim impressiones in retinâ factæ ō se mutuò impe=

diunt: confusam verò ēē visionem quando radii concurrunt antequam retinam feriant ū quando dent concurrere ultrà retinam, tunc enim radii à diversis punctis obti proficiscentes neario afficiunt idem punctum retinæ, ac proindè illæ diversæ impressiones in eodem puncto retinæ sese mutuò perturbant,

intelliges 4.º imaginem obti æin retinâ depingitur marem ēē, cæteris paribus, quò obtum ē majus, ū quò ē propius. nam quò obtum ē majus, eò axes optici seu duo radii qui proficiscuntur ab extremitatibus obti magis à se invicem distant. gō mar ē angulus visualis seu angulus quem efformant duo illi radii, gō post decussationem magis divaricantur ab invicem illi radii, ac proindè marem partem retinæ afficiunt. quò verò obtum ē propius, eò axes optici efficiunt morem angulum propter mirem distantiam. gō similiter post decussationem magis divaricantur et morem retinæ partem afficiunt.

intelliges 5.º radios emissos ab objecto remoto citius et propius concurrere post

trajectiorem p̄ pupillam, quam radios emiſſos ab ōbto propinquiore.

intelliges 6.º cur quando ōbta v̄ nimiùm remota ſit v̄ nimiùm propinqua, mutetur figā oculi, ut ſpecies ōbtorum distinctè poſſint in retinâ depingi. ſic quando intuemur ōbtum remotius, ità distenditur oculus ope muſculorum, ut latitudo illius fiat m̄ar et longitudo m̄ir, ad hoc ut radii coeuntes poſſint concurrere in idem retinæ punctum, quando verò intuemur ōbtum propinquius, tunc muſculi obliqui ità constringunt oculum ut latitudo illius fiat m̄ir, longitudo verò m̄ar, ad hoc ut radii tardius coeuntes concurrant in idem retinæ punctum. . . . adde quod in illâ oculi constrictione aut dilataōne oculus mutet ſuam convexitatem, quò fit ut radii magis aut minus refringantur.

intelliges 7.º cur distinctè ō poſſimus cernere ōbta nimis remota v̄ nimis proxima q̄a licet mutetur figā oculi, et retina nunc accedat verſus partes anteriores nunc ab illis recedat, hæc mutaō ō ē ſufficiens ut radii ad quamcumque distantiam coeant in retinâ. hæc enim mutabilitas figæ h̄et ſuos terminos.

intelliges 8º cur illi qui hent oculos latiores et corneam minus prominentem aut crystallinum minus convexum videre distinctè deant obta remotiora, viciniora confusè; qa scilicet in illâ oculorum dispositione propter parvitatem refractionum, radii ab obtis remotioribus emissi convergunt sivè coeunt in retinâ. radii verò emissi ab obtis vicinioribus coïre dent ultrà retinam, quarè ut emendetur illud vitium, utuntur perspicilliis convexis . . . qui verò corneam hent multum prominentem et crystallinum valdè convexum, distinctè vident obta viciniora, remotiora autem confusè, propter raonem contrariam: qd vitium emendatur utendo perspicilliis concavis.

Quæres 2º quarè obtum duobus oculis conspectum ō appareat duplex.

Rco 1º obtum det apparere unicum si impressio facta in utroque oculo referatur ad idem punctum. aq res ità ē. pur minor: uterque oculus ità dirigit axem visionis, ut duo axes terminentur ad idem punctum; undè fit ut uterque oculus obtum conspiciat in eodem situ et in eodem loco.

Rco 2º ō deesse qui contendant unico tm

oculo ō autem ambobus idem percipi ōbtum. inter alios gassendus id contendit.

Dices contrà primam responsionem. pupillæ st sem̄per parallelæ. ḡo axis visionis utriusque oculi ō dirigitur ad idem objecti punctum.

Rēo n̄o aēns. nam quando ōbtum vicinius ē, pupillæ nec st nec videntur parallelæ. ⁊ quando verò ōbtum ē remotius, pupillæ ⁊ parallelæ ō st, quamvis propter nimiam distantiam ōbti mutua inclināo illarum ō sit sensibilis.

Quæres 3º cur urinatores sub aquis non videant ōbta nisi confusè.

Rēo q̄a nulla tunc nulla ferè fit luminis refractio in transitu ab aquâ in humores oculi; quarè radii attingunt retinam antequam convergant, sive antequam in idem punctum concurrant. ideòque in piscibus crystallinus humor ē ferè sphæricus ad hoc ut fiant mares refractiones propter marem illam convexitatem.

Quæres 4º cur mycroscopium tantopere augeat magnitudinem apparentem ōbtorum.

Rēo q̄a cùm in tantâ exilitate sit valdè

convexum, ē maximè idoneum ad marem refraxionem. q͞o obⁱta videntur sub angulo mari, ac proindè majora videntur. prætereà mycroscopium colligit plures radios in idem punctum; hinc fit ut obⁱta etiam minima faciant impressionem.
adverte tm̄ q͞d propter inclinaonem radiorum visio obⁱti ē valdè confusa, si obⁱtum et mycroscopium proximè ad oculum ō admoverentur.

Quæres 4.º undè proveniant illi superiores et inferiores tractus radiorum qui emittuntur è candelâ accensâ, quando conniventibus oculis cernitur.

R͞eo proveniunt à radiis reflexis ab extremâ palpebrarum crassitie. nam palpebris accedentibus versus pupillam, radii incidentes in palpebram inferiorem superius reflectuntur; qui verò cadunt in palpebram superiorem, inferius reflectuntur.

Caput 2.um
de lumine colorato sivè de coloribus.

color formalis nihil aliud ē quam sensatio coloris. color derivatus ē, illud q͞d à corpore

colorato ad oculum p medium diffunditur. color radicalis ē id qd se tenet ex parte corporis colorati raone cujus apparet tali v tali modo coloratum. agemus 1° de colore derivato. 2° de colore radicali. 3° de iride seu de arcu cœlesti.

articulus 1.us

de colore derivato.

premitto. circa colorem derivatum duplex ē potissimum sententia. alii post carthesium contendunt lumen colorari propter reflexiones v refractiones quas patitur in corporibus. alii post neutorem volunt lumen venire à sole coloratum. sed inter oēs convenit diversam luminis modificaonem pendere à diverso motu alicujus maæ. neutonis discipuli contendunt radios solares hēre diversum motum quando ad terram perveniunt, ō explicando quare heant diversum illum motum. carthesii discipuli diversitatem illius motus referunt ad diversam elasticitatem corporum.

thesis 1.a radii luminis veniunt à sole colorati.

pur. v radii veniunt à lucido colorati v colorantur p refractiones quas patiuntur subeundo diversa media, v p reflexiones factas à diversis corporibus. aq ō colorantur

neque p̄ refractiones neque p̄ reflexiones. pūr mir quam demonstravit grymaldus et post illum neuto. 1.° ō colorantur per refractiones. ſi enim luminis tractus p̄ exiguum foramen in cubiculum tenebricoſum exceptus p̄ priſma vitreum transmittatur, constat experientiâ q̄d ille tractus luminis exiens è priſmate in quo neario refractiones patitur, et incidens in cartam papyraceam, dividatur in ſeptem radios diverſo colore imbutos hoc ordine, rubeo, aureo, flavo, viridi, cœruleo, indico, et violaceo. deindè verò ſi unus ex illis, rubeus v. g. excipiatur ſucceſſivè aliis priſmatibus, ita ut ſucceſſivè diverſas patiatur refractiones, ō immutatur tm̄, et remanet ſemper color rubeus debilior quidem, ſed ſemper idem quoad naām coloris, āq tm̄ mutaretur ille color mutatis refractionibus, ſi lumen coloraretur p̄ refractiones. ḡo ō coloratur per refractiones.

2.° ō colorantur p̄ reflexiones, et illud probatur eodem modo. ſi enim radius

quilibet, rubeus v. g., aliis extinctis ope virgula ferrea, incidat ſucceſſivè in varia priſmata ū varia ſpecula ſeu convexa ſeu concava, ita ut diverſas ſucceſſivè patiatur reflexiones; ſuum tm colorem ſemper ſervabit, donec penitus evanuerit. præterea idem pūr ex teleſcopio in quo radii emiſſi à quocumque corpore colorato post quascumque reflexiones quas patiuntur in illo telescopio referent ſemper eosdem colores.

pūr 2° ſi ē duobus ū tribus radiis primariis, quos ſeptem diximus, componatur aliquis color colori primario ſimilis, et color ille compoſitus ſeu heterogeneus novo excipiatur priſmate, constat qd mutetur color ille compoſitus, et radius dividatur in eos colores ex quibus fuerat compoſitus. ſi verò color primarius ō compoſitus, ſed verus ac ſimplex iterum et iterum novis priſmatibus excipiatur, perſeverat ſemper idem color. atqui tm ſi lumen coloraretur ab ōbtis, deret immutari color in utroque caſu.

Dices 1° in ſecundo aut in tertio priſmate ō ſit refractio diverſa ab illâ quæ facta fuit in primo priſmate. ergo radii ō dent modificari in ſecundo et in tertio

prismate, licet modificentur p̄ refractiones,

R̄eo n̄o aens. nam juxta experimenta sæpè iterata à grimaldo, neutone, et variis sociis regiæ academiæ parisiensis scientiarum, et præcipuè à domino boyer, quâcumque inclinaone unus radius primarius incidat in secundum et tertium prisma, perseverat idem color, āq diversa inclinão radii facit evidenter diversam refractionem. gō in secundo et tertio prismate ē nēario diversa refractio.

instbis. pt dici radium è primo prismate incidere perpendiculariter in secundum et in tertium. āq radius incidens perpendiculariter nullam det pati refractionem. gō pt dici radium incidentem in secundum et tertium prisma nullam pati refractionem.

R̄eo n̄o marem, nam quocumque modo obvertantur secundum et tertium prisma, quemcumque situm, quamcumque inclinaonem hēant, constat q̄d radii ō modificentur p̄ secundum et tertium prisma. āq ō pt dici q̄d in tam diverso situ prismatum, radii semper perpendiculariter incidant. gō radii patiuntur novas refractiones in secundo et in tertio prismate licet, tm̄ ō modificen-

tur. . . prætereà ſi radii referentes ſep=
tem colores primarios ſucceſſivè excipiantur
ſecundo prismate, ſinguli in exitu diverſas
patiuntur refractiones, ita ut rubeus minus
refringatur quam aureus, aureus minus
minus quam flavus, et ſic cōenter. g° &c.

Dices 2°. numquam percipiuntur diverſi
colores niſi poſt diverſas reflexiones et
diverſas refraxiones. g° radii modificantur
p̄ refractiones et reflexiones.

Neo nō cōam. indè ſequitur tn̄ quod
refraxiones et reflexiones dividant et ſeparent
diverſos colores alios ab aliis, ſed nō q̄ effici=
ant illos.

Dices 3°. cum domino purchot et
aliis. lumen coloratur in ipsis refractioni=
bus v̄ reflexionibus propter diverſam rigi=
ditatem villorum corporis diaphani v̄ opaci.

Reſponſioni præmitto in illâ ſententiâ
1° lumen flectit villos in quos incurrit,
villi autem elaterio ſuo ſeſe reſtituunt in
priſtinum ſitum, et funependulorum ſimi=
les ſæpiùs eunt et redeunt, ita ut eorum
vibrationes celeriores et frequentiores ſint
prout rigidiores et breviores ſt illi villi:
adeòque ſeptem ſt diverſæ villorum vibrationes,

ſeptemque villorum inæqualium ĩ longitudine ĩ rigiditate genera ſit in poris . . . , 2º. dum villi inflexi redeunt in pristinum ſitum, impediunt lluminis fluxum. gō luminis fluxus diverſimodè interrumpitur p̄ diverſos villos, et in illâ diverſâ interruptione constituitur diverſa luminis modi= ficãō propter quam diverſicolor apparet.
3º. lumen colore quodam pictum numquam illum deperdit, q̄a radii rubei v. g. qui incurrunt in villos aptos ad fluxum coloris rubei, trajiciunt ſecundum prisma; extinguuntur autem radii rubei qui incurrunt in villos aptos ad fluxum coloris ō rubei.

Qēō nō aēns. radii enim rubei efformati in primâ ſuperficie prismatis offendunt in ſecundâ laminâ ſeptem genera villorum quorum ſex ō patiuntur fluxum luminis rubei, gō et in ſecundâ laminâ extinguerentur ſex ſeptimæ partes luminis rubei, et in tertiâ laminâ ſex quoquè extinguerentur ſeptimæ partes illius ſeptimæ partis q̄æ ſuperfuit post exitum radii è ſecundâ laminâ. ergò cùm denſitas prismatis constet innumeris laminis totus tractus rubeus ſenſibiliter extinctus fuiſſet antè quam laminas illas ōes trajeciſſet. idem dicendum de aliis coloribus.

Thesis 2ª. color albus consistit in æquali permixtione ſeptem colorum primitivorum, rubei

ſcilicet, aurei, flavi, viridis, cærulei, indici et violacei.

prob. 1.° si ſeptem colores ſeu radii in quos dividitur tractus luminis exceptus priſmate coadunentur ope lentis vitreæ, exhibent in foco colorem album, et ſimiliter colorem album efficiunt quoticumque arte quâlibet coadunantur. . . 2.° si antequam radii pervenerint ad focum, aliquis interrumpatur interpoſitione corporis opaci, non exhibet color albus in foco, exhibetur verò si amoveâtur corpus opacum. . . 3.° cum à puncto commixtionis ſeu à foco recedunt ut ſuam quisque viam ineat, iterùm exhibent ſeptem colores primarios in cartâ albâ, non verò colorem album. ex quibus ſic argumentor: radii ſeu colores ſeptem exhibent colorem album hoc ipso quod ~~iterùm ſeparantur~~ permiſcentur et iterùm colores primarios hoc ipso quod iterùm ſeparantur. præterea si quidam è ſeptem coloribus primariis interrumpantur, non exhibetur color albus; exhibetur autem si ceſſet interruptio. ergo color albus consistit in permixtione ſeptem colorum primitivorum.

præterea si pectinis dentes lente moveântur per illos ſeptem radios, priſmate ſeparatos, ſucceſſivè ſeptem illis coloribus imbuti videntur, quia ſcilicet incurrunt ſucceſſivè in illos ſeptem colores. si autem ſumma ſit pectinis celeritas, non multicolor ſed albus apparet, quia nimirùm in instanti ſenſibili ſeptem colores in oculum repercutit, qui perindè retinam afficiunt ac si commixti ſimul in ipsam incurrerent.

inferes 1.º lumen ſolis ō ēē lumen homogeneum, ſed heterogeneum, albedinemque ſimiliter ō ēē colorem homogeneum ſed heterogeneum, hoc ē colorem factum ō ex radiis ejusdem generis, ſed ex radiis diverſi generis inter ſe permixtis.

inferes 2.º ſolem ideò apparere magis album quò aër ē purior, q̄a tunc pauciores ſt vapores in aëre, ac proinde radii minus interrumpuntur.

inferes 3.º quare ſi ſint plures parietes albi ità dispositi ut lumen ſolis directè incidat in primum parietem, et à primo reflectatur in ſecundum, à ſecundo in tertium, quare inquam primus appareat magis albus quam ſecundus, et ſecundus magis quam tertius. r̄ao enim ē q̄a in illis reflexionibus interrumpitur pars aliqua ſingulorum tractuum constitue: entium diverſos colores. adde q̄d in reflexione debilitentur radii, cùm imminuatur motus, ac proindè color dēt ēē minus vividus.

thesis 3.ª diverſa luminis modificāo ſivè diverſitas colorum pendet à diverſâ frequentiâ vibrāonum luminis.

p̄ur. 1.º p̄ diverſam celeritatem ſivè frequentiam vibrāonum, diverſa fieri dēt impreſſio in organo visûs. ḡo et diverſa excitari dēt ſenſatio in āâ, ac proindè percipi diverſus color. ergò diverſitas colorum pendet à diverſâ frequentiâ vibrāonum luminis. 2.º ſonorum diverſitas

consistit in diversâ celeritate vibraonum aëris, gō diversitas colorum consistit etiam in diversâ celeritate vibraonum mãæ globulosæ.

Dices 1° cum quibusdam sociis academicis. diversitas colorum consistit in diversâ interruptione radiorum, hoc ē in diversâ permixtione luminis et umbræ. gō &c.

Rēo nō aēns. si enim è septem coloribus qui exhibentur ope prismatis sex interrumpantur admotis v. g. filis ferreis, septimus superstes, quisquis ille erit, suum semper colorem servabit. āq tm illius fines permiscebuntur umbræ. gō diversitas colorum ō consistit in permixtione radiorum cum umbris.

Dices 2° in nōâ hypotesi ō pt explicari inæqualis radiorum refrangibilitas.

Rēo nō aēns. illi enim radii st minus refringibiles qui celeriùs vibrantur. hent enim mãres vires ad vincendam resistentiam medii, ac proindè dent minus detorqueri à lineâ sui motûs.

insbis. gō radii magis refringibiles sunt quoquè magis reflectibiles.

Rēo coō. ex eo enim qd sint magis refringibiles, angulus incidentiæ det ēe mãr respectivè ad ipsos, sivè dent incidere cum mĩri obliquitate ad hoc ut medium subeant. undè si cezta quâdam mãri obliquitate incidant, reflectentur, dum alii

minus refringibiles cum eâdem obliquitate incidentes, ō reflectentur, sed medium subibunt.

Dices 3º. diversa celeritas vibraonum dēt tn facere diversam viriditatem colorum, ergò diversitas colorum ō dēt repeti à diversâ celeritate vibraonum,

Rēo nō aens, nam diversa viriditas colorum repeti dēt - v̄ à māri aut minori interruptione radiorum qui exhibent eundem colorem, v̄ à mari aut miri validitate vibraonum,

adverte qd mār validitas vibraonum importet precisè majus spatium decursum p unam vibraonem, celeritas verò mār importet marem numerum vibraonum intrà certum tempus,

ins bis 1º. diversa colorum viriditas dicit marem aut mirem motum in organo visûs. aq diversus motus pt tn repeti à diversâ celeritate radiorum, go diversa viriditas colorum ō pt repeti nisi à diversâ celeritate vibraonum,

Rēo nō mirem, nam prout plures aut pauciores radii homogenei sive ejusdem coloris perveniunt ad oculum etiam cum eâdem celeritate, mar aut mir fieri dēt impressio, ac proindè mār aut mir dēt ēe motus. . . .

prœterea prout mar aut mir ē validitas vibraonum, mar aut mir det fieri impreſſio, ſicuti contingit in ſono, rao ē qa p vibraones validiores partes retina dent profundius et validius vibrari, p vibraones autem celeriores et frequentiores partes retina dent vibrari celerius et frequentius.

insbis 2°. validitas vibraonum mar aut mir facit impreſſionem diverſam in oculo. go facit colorem diverſum.

Reo coo aens, disquo cons. facit colorem diverſum in eodem genere, coo, in diverſo genere, no. idem color pt ee nunc vividior nunc minus vividus, licet perſeveret ſemper idem genus coloris. validitas autem vibraonum mar aut mir facit marem aut mirem vividitatem ejusdem omninò coloris; celeritas autem vibraonum facit diverſa genera colorum. confirmatur. validitas vibraonum äeris mar aut mir facit ſonum fortiorem aut debiliorem: celeritas autem diverſa vibraonum äeris facit diverſa genera ſonorum. go &c.

insbis 3°. o mutatur genus coloris, licet mutetur celeritas vibraonum, go &c. pur aens. io in diverſâ distantiâ mutatur ſenſibiliter celeritas vibraonum. aqtm o mutatur genus coloris.

Reo no marem. nam globuli remotiſſimi

à lucido minus quidem conficiunt ſpatium quam globuli lucido contigui, ſed tn̄ tùm globuli remotiſſimi tùm contigui intrà idem tempus ſuam conficiunt vibraõnem.

obes. ſi radii venirent à ſole colorati ita ut à ſole acciperent immediatè ſuam diverſam celeritatem, ſol deret apparere distinctus coloribus primariis. falſum cons.

Reo nō marem. nam radii venientes à ſole ità ſt permixti, ut nulla ſit pars ſenſibilis retinæ q̄ vibretur à radiis homogeneis ſeu à radiis ejuſdem coloris. g͞o nullus ē color è septem primariis qui deat percipi in ſole, ſed tn̄ percipi dēt albedo, aut ſplendor quidam maximus.

insbis 1.º quarè g͞o radii ſolares exeuntes è priſmate exhibent diverſos colores.

Reo q̄a dum ſubeunt priſma refringuntur, iterùmque refringuntur dum è priſmate ſubeunt aërem. p̄ illas autem refractiones radii homogenei dent ſeparari ab heterogeneis. g͞o exeuntes è priſmate dent exhibere diverſos colores. cæterùm ideò fit illa ſeparaõ quia radii diverſam patiuntur refractionem propter diverſam celeritatem quâ vibrantur.

insbis 2° ō pt explicari 1° quarè sol (idem dic de lunâ) in ortu et in occasu appareat vulgō rubens, et versus meridiem albus. . . . 2° cur lumen trajiciens vitrum cujus parallelæ st facies prima et postrema, ō coloretur sed albedinem suam servet. . . . 3° cur obta trans prisma appareāt variis imbuta coloribus. . . 4° quarè licet tractus luminis prismate transmissus hēat aliquam latitudinem, exibeat septem colores primitivos. . . . 5° ipsum prisma album appareat in iis locis ā luminis tractu ō trajiciuntur. . . . 6° quarè bullæ saponis versicolores videantur. constat enim q̄d color rubens appareat primō in summitate bullæ, deindè descendat versus latera, et succedat color aureus in summitate bullæ, donec colores primarii successivè in eâdem parte apparuerint, et colori violaceo succedat tandem species q̄dam nigredinis,

Rēō ad primum, rāo primi ēqa q̄ando sol oritur aut occidit, radii solares propagantur intrà aëris atmospheram juxtà superficiem terræ, ubi st quamplurimi vapores et quamplurima corpuscula heterogenea à quibus refringuntur radii et ab invicem separantur; radii autem rubei propter marem suam vim

facilius permeant illos vapores, minus refringuntur, ac proindè in mâri copiâ perveniunt ad oculum quam radii albrum colorum . . . ratio secundi ē qa versus meridiem, quando scilicet sol ē valdè elevatus suprà horisontem, radii sunt minus inclinati, minus spatium intrà atmosphæram percurrunt, permeant pauciores vapores, et cōenter pauciores patiuntur refractiones,

ad secundum, rāo ē qa cùm tractus luminis latitudinem quandam hēat, et secunda refractio primam emendet fieri ō pt quin in oēm partem circumfusam postremæ superficiei vitri incidant radii cujusvis coloris. ḡo colorem album depingunt in quolibet puncto sensibili corporis, nullo peculiari colore imbuti. . . similiter nummus in vase aquâ plena, si conspiciatur eminùs, apparet albus, licet illius radii multùm refringantur qa scilicet è diversis suis punctis atque è diversis faciebus ō reperiuntur in quolibet puncto sensibili superficiei, spargitquoquo versùs radios cujuslibet coloris,

ad tertium, rāo ē qa radii qui mittuntur in oculum trans prisma separantur propter varias refractiones quas patiuntur dum

ſubeunt priſma ō ab illo exeunt, et contra radii cærulei v. g. alio referuntur ac rubei; media tamen pars objecti visi alba plerumque videtur, dum illius extrema colorantur, quia in partem mediam propter radiorum commixtionem primitivi 7 Colores ſimul referuntur. objecta autem viſa ō referuntur ad loca in quibus constituuntur, quia ſenſatio viſionis lineâ rectâ refertur ad baſim anguli cujus latera efformantur radiis in retinam pertingentibus. quo cum illi radii ō rectâ venerint ab objecto in oculum, ſenſatio viſionis referri ō pt rectâ ad ipsum objectum, ſed ad loca diverſa ō ſecus ac ſi perciperentur in ſpeculo.

ad quartum, luminis radii qui priſma trajiciunt obliquè ità ſeparantur propter diverſas refractiones ut exhibere deant 7 colores primitivos, licet tractus luminis habeat aliquam latitudinem. ratio ē quia radii violacei debent obtinere locum à perpendiculo remotiorem, rubei verò locum perpendiculo proximum. cæterùm major fieri debet distantia eorum propter diverſitatem refractionum quam ā ſit inter latera opposita ejusdem tractûs luminis incidentis in priſma.

ad quintum, ratio ē quia intrà denſitatem priſmatis perpauci radii cujuslibet coloris, quoquo verſus diſperguntur propter occurſum illorum poros quosdam occludentium. . . . ſt

insuper radii quidam qui repercutientur à postremâ superficie èquâ tractus totus luminis sensibiliter transit in aërem; repercutientur inquam in 2dam superficiem, et eorum quidam hanc 2dam superficiem trajiciunt. alii repercutiuntur à secundâ superficie et redeunt in primam faciem per quam tractus luminis ex aëre intravit in prisma. atque hinc ē cur miri quandoquè colores circà triplicem prismatis faciem depingantur, ut observavit grimaldus.

ad sextum, rāo petitur à diversis refractionibus quas radii diversimè refringibiles patiuntur intrà moleculas aquæ et saponis permixtas, ⁊ intrà aërem dum ab illis moleculis exeunt.

1.º quidem bulla ē initio crassior. undè in ingressu et in egressu plurimi radii intrà poros profundiores extinguntur. ḡo paucissimi radii pervenire statim poūnt ad oculum et facere sufficientem impressionem, ac proindè initio nullus color in bullâ apparere dēt.

2.º bulla semper fit minus crassa, præsertim in summitate, qd lētur ex eo qd facta deindè tenuior rumpatur semper in illâ parte. ḡo jam plures radii permeantes per poros pervenire poūnt ad oculum, et referre

sensationem alicujus coloris in summitate bullæ.

3.º color rubeus debet primus in illâ summitate apparere, quia radii illius coloris minus refringuntur. indè enim fit quod debeant in majori copiâ exire et pervenire ad oculum.

4.º color rubeus videtur brevi descendere versùs infimam partem bullæ, quia scilicet bulla fit semper minus crassa in totâ suâ superficie. ergo quâ proportione fit minus crassa versùs partem infimam, radii coloris rubei debent ad oculum pervenire, et color rubeus videri debet descendere.

5.º quando color rubeus descendit, ipsius loco apparere debet color aureus in summitate bullæ, quia cùm bulla facta fuerit tenuior in summitate, radii aurei qui sunt minus refringibiles post rubeos, possunt tunc ad oculum pervenire. interim latera bullæ fiunt tenuiora, undè color aureus debet descendere sicuti rubeus descendit. jam verò summitate factâ adhuc tenuiori debet succedere color flavus, quo descendente debet apparere color viridis; et sic consequenter donec perveniatur ad colorem violaceum.

6.º post colorem violaceum apparet eadem species nigredinis in summitate bullæ quæ oritur tùm ex eo quod propter minimam crassitiem bullæ paucissimi radii reflectantur ad oculum à partibus aquæ, tùm ex eo quod radii permean=

tes poros ità jam refringantur ut ad oculum ō possint pervenire. istud autem pur ex eo quod quando summitas initio facta fuit tenuior, illi soli radii possint pervenire ad oculum qui minus refringuntur, et deindè qui magis refringibiles; ḡo bulla debuit tandem ità fieri tenuis, ut nulli radii perveniant ad oculum.

7.° p̄t simpliciter dici ideò colores videri paulatim decidere, q̄a saponis moleculæ pondere suo paulatim decidunt.

inſbis 3.° ō explicatur 1.° quarè eadem bulla si pars illius inferior oculum respiciat videatur alba, nigra verò si pars superior oculum respiciat... 2.° quare aqua sapone incrassata si multùm agitetur, fiat spuma q̄ à longè apparet alba; cur verò si propius inspiciatur, appareant diversi colores in singulis bullulis quibus spuma componitur.

R̄eo ad primum, rāo primi ē q̄a tunc plures radii luminis tendunt à summo deorsum in oculum. rāo secundi ē q̄a aqua bullæ supposita nullos ferè radios repercutit, et consequenter vix retinam movere potest.

ad ſecundum, ideò in ſingulis bullulis ſi
propiùs inſpiciantur apparent diverſi colores,
quià radii diverſi coloris ~~ab~~ alii ab aliis per
refractionem aut reflectionem ſeparantur,
pinguntque in diverſis colorem ſibi proprium,
ideò verò ſi ~~ſtgm~~ ſpuma illa eminùs inſpicia=
tur apparet alba, quia radii illi diverſi coloris
iterùm permiſcentur.

cætera hujusmodi phænomena commo=
diùs explicabuntur in articulo ſequente.

adverte 1º dominum de montesquiou in epis=
tolâ ad patrem castel tribus circiter ab hinc
annis protuliſſe è duobus coloribus primariis
componi poſſe lumen quod diverſum ſit ab utroque
ex illis coloribus, neque tamen rurſus in eoſdem duos
colores dividatur, quascumque tandem refractio=
nes patiatur intra varia ſucceſſivè priſmata.
verum experimentum illud videtur ſaltem
dubium, cùm ſit contrarium experimentis
ſæpius et ſæpius iteratis à diverſis diverſarum
nationum phiſicis.

adverte 2º objici à quibusdam experimentum
factum à viro academico pariſienſi cujus juxtà quod
1º radius violaceus exceptus ſecundo priſmate eum
exhibuerit colorem in quo aliquid rubei et flavi
ſimul deprehendebatur. 2º radius rubeus
exceptus ſecundo priſmate violaceum aliquid et
cæruleum præ ſe tulerit. ſed hæc contraria ſunt

experimentis accuratissimis et certissimis. prøterea inde ad summum sequi nt radios ō fuisse sufficienter divisos primo prismate.

thesis 4.ª permixtione quorumdam è radiis primitivis componi possunt colores aliqui similes primitivis, alii vero illis dissimiles.

pur. 1.º enim observavit newto qd si primus et tertius color misceantur, exurget color secundus nempè aureus, si primus, secundus, quartus et quintus; v primus et quintus tn; v secundus et quartus tn, percipietur color tertius. si primus, secundus, sextus, quintus et septimus, percipietur color sextus. uno verbo percipitur semper color medius inter radios co diversi coloris, modo ut extinguatur color medius primitivus.

2.º è contra si primus et secundus uniantur, exurget tertius color quidam à septem primitivis diversus. idemque continget quoties v nullus erit color medius, v ō extinguetur color medius primitivus. hinc newto artem tradit coloris cujuslibet pingendi ope quorumdam è septem coloribus primitivis.

adverte tamen dominum le blond artem tradidisse imprimendæ picturæ ō adhibitis nisi tribus coloribus quas genitrices apellat, v

cæruleo tanquam primitivo, flavo tanquam medio et rubeo tanquam ſuperiori. ſimiliter pater castel anteà docuerat colores oẽs componi tribus quos vocat eſſentiales, cæruleo tanquam fundamentali, flavo tanquam mediante, rubeo tanquam dominante. ipſeque deindè testatur cartam papyraceam quam d. le blond ipſo inspiciente primo tabulæ cæruleo pigmento imbutæ aptaverat, eductam fuiſſe unicolorem et cæruleam; eandem autem postquam admota fuiſſet ſecundæ tabulæ pigmento flavo obductæ exhibuiſſe in quibusdam locis colorem cæruleum, in aliis flavum, in aliis viridem, in aliis alium: demùm cartam illam dum admota fuiſſet tertiæ tabulæ pigmento rubeo imbutæ, prodiiſſe deindè pictam innumeris coloribus, ſub flavo, aureo, cramesino, purpureo, violaceo, violaceo dilutiore, cinereo, fusco, nigro, &c. hæc autem pictura deiparam exhibebat.

hinc existimat pater Castel et alii (qd etiam ſentit grimaldus) tres tm̃ numerandos ẽẽ colores primitivos, et cõenter colores, aureum, viridem, indicum et violaceum in quos abit tractus luminis prismate exceptus ẽẽ compoſitos rubeo, flavo et cæruleo.

verùm ex illis experimentis convinci ō prout neutonis sequaces statuentes septem ēē colores primarios, q̄a scilicet varii illi colores exhibiti postquam carta illa admota fuit tertiæ tabulæ exurgunt non è tribus coloribus primariis sed è tribus pigmentis immixtis.

thesis 5.ª nigredo corporum fit p̄ reflectionem radiorum cujuscumque coloris; sed qui multis permiscentur umbris.

explicatur et probatur. si 7 radii primitivi p̄ prisma transmissi incidant successivè in corpus nigrum, corpus illud ō apparebit nigrum, sed modò rubeum, modò aureum, &c. ḡo aptum ē ad reflectendos radios cujuscumque coloris.

2°. ō p̄t tm̄ plures unius coloris radios reflectere quam alterius, nam alioqui videretur illo tinctus colore cujus radios plures reflecteret. ḡo omnes æqualiter aut ferè æqualiter reflectit.

3°. ideò autem apparet nigrum ō autem album, q̄a perpauci radii cujuscumque coloris reflectuntur et inter partes lumen repercutientes st magni meatus è quibus nullum prodit lumen.

Dices. dom. le blond nigredinem efformat immixtione trium colorum, rubei, flavi et cærulei. ḡo nigredo ō componitur septem sed tribus tm̄ coloribus.

Rēo disquo aēns, immixtione trium colorum primitivorum, nō, trium colorum qui ſt varii coloris pigmenta, cōo, nigredo ō efformatur ex tribus coloribus primitivis, nam lumen cœruleum, flavum et rubeum, ſi trajecto priſmate coadunentur ope lentis vitreæ, ō efformant nigredinem. ideō autem efformatur nigredo immixtione trium pigmentorum, qā propter illam immixtionem immutatur ſitus particularum, et radiorum refractio atque reflectio, ita ut tria pigmenta coadunata repercutiant æqualiter ſeptem colores primitivos, licet ſeparata ō repercutiant niſi colorem aut rubeum, aut flavum, aut cœruleum. ſed hæc melius melius intelligentur ex dicendis.

Quæres quomodo lucidum varias vibrāones diverſis radiis communicet.

Rēo illud pt fieri ex eo qd partes lucidi aliæ magis aliæ minus duræ ſt et elasticæ, aliæ maris, aliæ miris molis, unde dent impulſiones diverſas globulis ambientibus communicare.

articulus 2us.

de colore radicali.

colores radicales ſt illud qd ē in corporibus rāone cujus unum corpus apparet unius coloris, aliud alterius coloris.

Thesis unica. colores radicales consistunt in certâ dispositione partium corporis colorati — ratione cujus corpus unum reflectit tm̃ radios unius generis, ṽ multò plures radios unius generis quam alterius, ṽ p̄ reflectionem aut refractionem radios diversi generis permiscet modo requisito ad exhibendum certum colorem, ṽ oẽs aequaliter immixtos aut in maximâ aut in minimâ copiâ reflectit.

pbr. nam ex dictis colores oẽs fiunt ṽ ex radiis unius fermè generis ṽ ex radiis diversi generis aptâ proportione inter se permixtis aut reflexis cum certâ copiâ, aut multis permixtis umbris. ġo r̄ão cur unum corpus appareat ẽẽ unius coloris, alia ōpt ẽẽ nisi q̄ assignatur in thesi.

Dices. sed quare corpus dẽt apparere illius coloris cujus radios plures reflectit ad oculum.

R̄eo q̄a hoc ipso. q̄d multò plures radii unius coloris perveniunt ad oculum quam cujuscumque alterius coloris, impressio facta à pluribus radiis dẽt aliis prevalere, ac proindè excitari dẽt sensãtio q̄ respondeat illorum impressioni. ġo corpus dẽt apparere illius coloris et non alterius.

adverte 1º colorem corporis ẽẽ magis aut minus vividum prout plures aut pauciores

radios ſui coloris reflectit. . . 2°. nullum ēē corpus q̄d ō reflectat aliquot radios singulorum colorum, ac proindē nullum ēē colorem purum. nam constat experientiâ q̄d ſi radio v. g. rubeo exeunti è priſmate opponatur corpus q̄dcumque alterius coloris, appareat in illius ſuperficie color aliquis rubeus ſed maximè debilis. ſi verò eidem radio opponatur corpus rubeum, exhibetur rubedo maximè ſplendida.

hinc. 1°. oīa corpora ſt apta ad reflectendum radios cujuscumque coloris. 2°. corpus certo modo coloratum multò plures reflectit radios ſui coloris.

Dices 2°. ſed quarè q̄dam corpora reflectunt plures radios unius coloris quam alterius.

R̄ēo variâ variis refertur rāo.

1°. juxtà quosdam, quorum ſententiam alibi refutavimus, rāo petitur ex eo q̄d. plures partes aut villuli ōbti ſt expediti ad vibraones unius radii, ō verò ad vibraones aliorum. villuli aūtem expediti ad vibraones unius radii debent illum reflectere; qui autem ō ſt expediti, dent illum extinguere nec reflectere. illud confirmatur paritate ſoni.

2°. juxtà alios rāo petitur ex diverſis refractionibus quas patiuntur radii ſubeuntes poros corporis et ab illis reflexi. illæ enim diverſæ refractiones dent ſeparare radios homogeneos ab heterogeneis. gō dent ēē

causa cur corpus reflectat ad oculum plures radios unius coloris quam alterius. pur cōa- ꝑ hujusmodi refractiones ità ſeparantur radii, ut plures pertinentes ad quosdam colores extinguantur intrà poros corporum quam pertinentes ad alios. gō illæ refractiones dēnt ēē causa cur plures radii unius coloris quam alterius reflectantur ad oculum.

in hac ſententiâ ſtatuitur 1.° corpora oīa ēē perforata poris innumeris diverſimode configuratis, ita ut alii ſint magis alii minus ſinuoſi, alii magis alii minus profundi, cæterùm radii ſubeuntes illos poros dēnt refringi cùm transeant in medium diverſæ ſpeciei.

ſtatuitur 2.° diverſitatem pororum facere ut alii radii profundiùs ſubeant poros, alii minus profundè. nam 1.° ſi pori ſint recti, radii magis refringibiles incurrunt citiùs in latera pororum, et minus profundè dēnt illos ſubire. 2.° ſi pori ſint ſinuoſi ſeu ità diſpoſiti ut poſt primam ſuperficiem ſint pori undiquè ad latera, tunc radii magis refringibiles dēnt detorqueri ad latera et profundiùs ingredi.

ſtatuitur 3.° aliquas radias ſubeuntes

poros ſuperficiei corporum et incidentes in latera pororum dere reflecti et ex illis exire, alios verò dere extingui, alios denique ſubire totum corpus. 1.° illi qui nõ profundè ſubeunt poros, incurrentes in latera dent ſtatim reflecti, exire è poris et ad oculum pervenire. 2.° illi qui profundiùs poros ſubeunt nõ poīnt reflecti quin patiantur varias reflectiones intrà profunditatem pororum propter illorum ſinuoſitatem. p varias autem reflectiones debilitatur lumen, et cõenter plures radii amiſſo motu dent extingui. 3.° alii radii dent totum penetrare corpus, qã nõ pt negari quin pori quidam ſint ità diſpoſiti, ut radii poſſint illos permeare quin reflectantur. qdlibet enim corpus in tenues laminas diviſum fit diaphanum.

3.° juxtà alios rão petitur ex denſitate, figurâ, et diſpoſitione partium pellucidarum. nam prout partes pellucidæ unius corporis ſt certæ cujuſdam denſitatis, certæ figæ, et certo modo inter ſe diſpoſitæ, radii in corpus illud incidentes dum tranſibunt ab unâ moleculâ in medium varius quo molecula illa cum alia ſe jungitur ità incident obliquè ut omnes reflecti deant. ſi partes pellucidæ ſint diverſæ denſitatis aut alterius figæ, aut alio modo inter ſe diſpoſitæ, ità incident radii

ut aliquitū reflecti deant, alii verò deant ulterius penetrare; v. g. penetrabunt radii virides et reflectentur radii violacei, aut radii virides reflectentur et penetrabunt radii rubei, et sic de cæteris, uno verbo pro ut variatur densitas, figa et dispositio partium pellucidarum, variari quoque det ō solùm refractio sed etiam reflexio radiorum.

in hac sententiâ statuitur 1° in omnibus corporibus ēē partes seu moleculas pellucidas. nam ōia corpora etiam crassissima si in tenues laminas dividantur fient pellucida. atqui lamina pellucida ē composita ex plurimis moleculis pellucidis. ḡo in oībus corporibus st moleculæ pellucidæ.

Statuitur 2°. moleculas illas pellucidas ō ēē ōes æqualis densitatis nec ejusdem figæ, sed alias ēē densiores, alias minus densas, alias unius figæ, alias alterius. quis enim credat singulas moleculas componi particulis æqualibus, et æqualibus intervallis ab invicem separari? quis credat quaslibet moleculas iisdem lineis terminari? præterea ōes illæ moleculæ ō sient eodem modo inter se disposita, sed aliquandò latera unius respondent lateribus alterius, aliquandò sibi mutuò respondent ꝑ angulos,

aliquando angulus unius respondet lateri alte=rius.

Statuitur 3º. inter illas moleculas interjacere spatium aliqd repletum medio aliquo rariori quam sint ipsæ moleculæ.

Statuitur 4º. inequalem ēē radiorum refran=gibilitatem et reflexibilitatem, easque augeri quò magis augetur obliquitas incidentiæ, aut quò magis augetur raritas aut densitas medii in qd transeunt radii suprà raritatem aut densitatem medii à quo transeunt. quarè cùm radius cæruleus marem ħeat refrangibilitatem quam rubeus, si duo illi radii penetrent unam partem pellucidam corporis, radius cæruleus marem ibi patietur refractionem quam rubeus, ex qua mari refractione fiet ut radius cæruleus magis deinde obliquè incidat in aliam partem pellucidam inferius positam, aut in medium quo pars pellucida inferior à superiori separatur, et quidem ita obliquè, ut ō penetrare ulterius sed reflecti deat. . . ḡo, inquies, oīa corpora derent ēē tincta colore cæruleo aut violaceo: radii enim cærulei et violacei ħent maximam oīum reflexibilitatem. respondeo nō coam fieri enim pt raone figæ partes pellucidæ è quâ alii radii, rubeus v.g. et flavus

exeunt, ut illi radii magis obliquè incidant in partem pellucidam subsequentem aut in medium quo pars illa subsequens à superiori dividitur, atque adeò ut ratione illius obliquitatis radius flavus aut rubeus deant reflecti.

4.° itaquè ut quæsito respondeam dico corpus rubeum v. g. plures reflectere radios rubeos quam aliorum colorum, q̄a radii rubei quos reflectit corpus rubeum non reflectuntur propter occursum primæ faciei corporis illius, sed propter varias refractiones et reflexiones quas patiuntur in illius corporis densitate. diversa autem radiorum refrangibilitas et reflexibilitas efficit ut dum radii rubei redeunt in primam faciem et ab illâ exeunt, alii intrà corporis profunditatem extinguantur. ideò autem corpus violaceum v. g. reflectit plures radios violaceos quam aliorum colorum, q̄a dum radii violacei reflectantur in oculum, rubei et alii profundiùs subeuntes extinguntur intrà profunditatem corporis.

insbis. gratis dicis 1.° radios rubeos quos reflectit corpus rubrum ō reflecti propter occursum primæ faciei corporis. 2.°

diverſas fieri refractiones et reflectiones in denſitate corporis.

Rẽo n̄o. ad primum quidem, ſi radii rubei reflecterentur propter occurſum primæ faciei, oïa corpora rubra deɍent ēē alba; cùm enim radii rubei difficiliùs reflectantur quam alii, prima facies reflectens radios rubeos à fortiori reflecteret radios cæteros. ḡo corpus q̄dlibet rubrum deɍet ēē album.

ad ſecundum, illud facilè intelligitur ſupponendo ut ſupponi dēt, in ſingulis corporibus ēē partes heterogeneas, media diverſa, diverſum partium et colorum ſitum; et præterea radios ō ēē æquè refrangibiles neque æquè reflectibiles.

obĩes. 1° in ſale et ſaccaro ē idem color, licet diversa ſit fig̃a partium; quandoquidem corpora illa hēnt diverſum ſaporem. . . 2°. in marmore nigro et albo ē eadem dispositio et fig̃a partium, quandoquidem corpora illa ſt ejusdem ſpeciei; et tm̄ ō ē idem color, ḡo &c.

Rẽo ad primum, diverſa quidem ē figura partium integrantium quibus ſal et ſaccarum componuntur, ſed partes illæ integrantes conſtãt particulis ſimilibus: ū etiam diversa ē fig̃a partium ō pellucidarum, ſed aliarum.

ad ſecundum, ē eadem diſpoſitio et figa partium integrantium, ō verò particularum quibus componuntur partes integrantes, q̄d patet ex eo q̄d marmor nigrum ſit aliquantò levius levigatu facilius, faciliusque incaleſcat quam marmor album. . . . v etiam partes pellucidæ utriusque marmoris ō ſt. eodem modo diſpoſitæ, licet aliæ ſint eodem modo diſpoſitæ.

insbis. ō pt explicari 1.º cur collum columbæ, cauda pavonis, fila ædam serica, prout mutatur ſitus oculi, appareant diverſi coloris, imò et in eodem oculi ſitu appareat in eodem puncto nunc color unus nunc alius. . . 2.º quarè corpus album ſi cujusvis alius coloris radios excipiat, albedinem deperdat, ut novum illum colorem induat.

Rēo ad primum, ideò tunc pro diverſo oculi poſitu apparent diverſi colores, q̄a cùm radii ō heant oēs eandem reflexibilitatem, dum oculus ē in uno ſitu poſitus reflectuntur ad unum radii unius generis; dum verò ē in alio ſitu reflectuntur ad illum radii alterius generis. imò et ex eodem loco apparent diverſi colores in eodem puncto illorum corporum, q̄a partes pellucidæ

radios reflectentes aliquatenus agitantur et mutant ſitum respectivum ad oculum.

inferes quomodo explicandi ſint diverſi colores qui circà ſolem et lunam ſæpè apparent. oriuntur enim ex eo qd radii diverſi coloris ſeparentur p refractionem quam patiuntur in nube rariſſimâ incurrente, pinguantque in diverſis punctis ſinguli colorem ſibi proprium.

ad ſecundam, rō ē qa plures reflectit radios illius coloris. atque hinc ē cur mappa alba appareat rubra ſi ipſi ſuperponatur ſcyphus vitreus vino rubro plenus. qdque mirum videatur, ſi tractus cujuslibet coloris, cærulei v.g., incidat in corpus album cubiculo tenebroso contentum, cæruleum lumen ſparget vividius illo qd ſpargeret corpus cæruleum excipiens eundem luminis tractum.

adverte tm corpus album ō induere colorem rubeum v.g., licet tantillò plures radios excipiat rubeos quam radios aliorum colorum. testatur enim dominus nuguet qd ſi radii rubei ab aliis p prisma ſeparati incidant in cartam papyraceam albam, et deindè in eandem papyri partem incidat magna luminis copia, ope ſpeculi urentis coadunata, ō percipiatur niſi color albus. idem longè antè notaverat grimaldi.

inſtabis 2°. ſi radii reflexi à corpore aliquo rubro incidant in mappam albam, mappa non

apparet rubra. ḡo à pari ō dēt apparere rubra quando radii venientes à vino in illam incidunt.

Rēo cōo āens, nō ēam et paritatem, diſpa=ritas ē qa radii reflexi à corpore rubro et iterum reflexi à mappâ ſt ita debiles poſt ſecundam reflexionem, ut ō poſſint facere in oculo im=preſſionem ſatis ſenſibilem: undè ō dēt mutari color mappæ, ſicut mutatur p̄ radios penetran=tes vinum. illi enim radii directè venientes à ſole incidunt in mappam quin ullam anteà paſſi fuerint reflexionem.

Obes 2°. ō pt explicari 1° cur lagena vino rubro plena exhibeat in ſummitate colorem rubrum magis dilutum; magis autem ſaturum in fundo lagenæ . . . 2° quarè obta via trans vitrum coloratum conſpecta, ejuſdem videantur cum vitro coloris. . . 3°. quarè immutetur variorum liquorum color ut primum permiſcen=tur. . . 4° quarè ignis rubens ſit, flamma verò aquæ vitæ cærulea. . . 5°. quarè color cœli ſit cæruleus.

Rēo ad primum, rāo ē qa lagena videtur tum propter radios transmiſſos tum propter reflexos. at nulli ferè radii trajicere pōunt totam denſitatem imæ lagenæ, exceptis quibus=dam radiis rubeis. ḡo fundum lagenæ ō videtur

nisi propter radios quosdam rubeus. summitas autem lagenae trajicitur ō radiis tn̄ rubeis, sed et aliis quam plurimis.

intelliges aurum divisum in tenuissimas laminas flavum videri propter radios reflexos, et viride propter radios transmissos.

Dices, radii fortiores deberent semper facilius transmitti. falsum cons, ut constat multiplici experimento.

Rēo nō maiorem. quamvis enim radii rubri v.g. sint fortiores quam reliqui, dispositio tn̄ et figa partium pellucidarum talis ēē pt ut propter diversas refractiones et reflectiones quas patiuntur radii inter illas partes, reflectantur radii fortiores, rubri nempe et flavi, transmittantur verò radii debiliores.

ad secundum, rāo ē qa vitrum rubrum v.g. trajicitur pluribus radiis rubeis. et verò vitrum coloratur p̄ radios ipsum trajicientes. unde si fuerit rubeus, pluribus radiis rubeis trajicietur quam radiis aliorum colorum: ōbta go trans vitrum rubrum conspecta dent videri rubra.

adverte vitrum rubeum pluribus quidem sed ō solis trajici radiis rubeis. testatur enim grimaldi tractum luminis transmissum per vitrum imbutum colore quodam diverso à coloribus primitivis, si incidat obliquè in prisma,

dividi in 7 colores primitivos, ſed debiliores quam ſi vitrum nullo colore fuiſſet imbutum.

ad tertium, commixtio illa efficit ut radius alterius coloris reflectantur. nec mirum; hæc enim cōmixtio efficit ut quidam liquores pellucidi diaphaneitatem ſuam deperdant, quidam autem opaci pelluciditatem acquirant.

hinc ſi ad rubeam compoſitionem ex nitro et calcantho excoctis, q̄ vocatur gallicè du ſublimé corroſif, acceſſerit ſpiritus ſalis armoniaci, concretio lactea videbitur; in quam cum infuderis aquam fortem, ex albo decolorabitur fietque diaphana, nempè propter variam figam, varium plexum partium.

ad quartum, ignis rubeus ē, q̄a ſuperficies ligni incenſi et corporum igneorum obducitur cineribus, v̄ terrâ quâdam mortuâ, v̄ ſalibus aut oleo q̄ radiis rubeis facilius trajiciuntur. flamma autem aquæ vitæ ē cærulea, v̄ q̄a conſtat oleo et ſalibus a radiis cæruleis facilius trajiciantur, v̄ q̄a radios per paucos ſpargit cujusvis colorum ſeptem, qui radii magnis permiſceantur umbris.

ad quintum, r̄ao ē, ō q̄d aër cæruleus ſit, (q̄d t̄m cenſet newto et alii ō pauci) ſed q̄a

radii perpauci è quolibet sensibili atmosphæræ puncto reflectuntur in oculum propter minimam aëris densitatem. sensatio autem luminis permixti pluribus et magnis umbris accedit ad sensationem coloris cærulei. color enim cæruleus ē quasi medius inter albedinem et nigritudinem. nigritudo autem fit per radios 7 colorum ità paucos ut nulli ferè dici possint, et permixtos plurimis magnisque umbris.

inferes 1º quarè lumen lunæ exceptum teles=copio primum, et deindè cartâ papyraceâ, pingat in cartâ colorem accedentem ad cæruleum. rão ē q̄a luna per paucos radios in terram spargit: et re verà ità pauci ēe dent, ut thermometrum rarefacere ō possint, quamvis lente vitreâ coadunentur.

inferes 2º: quarè aqua videatur cærulea, cùm tn̄ ex se sit alba, quandoquidem albescit quando congelatur. rão ē q̄a p̄ paucos radios repercutit qui magnis umbris separantur.

instabis, ideò juxtà nos aër ē cæruleus q̄a repercutit radios cujusque coloris, sed qui mul=tis separantur umbris. āq idem diximus de corporibus nigris. ḡo juxtà nos color cæruleus et nigritudo ō differunt.

Rēō disgūo mīrem. idem diximus cum discrimine, cōo. sine discrimine, nō. duplex est discrimen: primum ē q̄a pori seu umbræ sᵗ multò plures et majores in corporibus nigris. atque hinc ē cur flatus facilè mitti queat

trans carbonem quantumvis longum, et ōbla ope mycroscopii percipiantur trans carbonem brevem. ubi dominus hook ope mycroscopii deprehendere potuit in exili carbonis filamine longo decimam tm et octavam partem polli=cis centum quinquaginta poros: ex quo ſequitur in carbone cubico et pollicem denso deprehendi pōe pororum ſimilium quinquagies ſepties centena viginti quatuor millia.

ſecundum discrimen in eo poſitum ē q̄d particulae corporis caerulei reflectentes lumen, reflectant ſingulae ſeptem colores: corporis autem nigri particula q̄libet reflectit unum tm colorem.

hinc 1° ſeptem pigmentorum genera coadunata exhibent colorem cynereum, ō autem nigrum, q̄a in ipsis desunt ingentes pori vel umbrae q̄ reperiuntur in carbone: ō exhibent autem colorem album, q̄a q̄dlibet ex illis granulis reflectit unum tm colorem.

hinc 2°. corpus nigrum trans corpus album percipitur caeruleum, q̄a propter colori corporis albi interpoſiti diaphaneitatem ō deſunt umbrae, et aliunde q̄libet partium illius corporis albi reflectit 7 colores. ob eandem cauſam ſanguis licet rubeus et fuſcus videtur tm quasi caeruleus trans pellem albam.

insbis iterùm. 1º in marmore nigro v. g. nulla ē pars ā ō videatur. ḡo nulla ē pars ā non reflectat lumen. ḡo nigredo ō consistit in eo q̄d parùm luminis reflectatur . . . 2º. ō marmor nigrum magis splendescit quam album. ḡo plus emittit luminis quam album. . . 3º. si marmor nigrum conteratur et in pulverem redigatur albescit ō aliter, ferme ac marmor album. āq illud ō p̄t explicari.

R̄eo ad primum, disguo cons. nulla ē pars sensibilis ā ō reflectat lumen, cōo. insensibilis, n̄o. . . v̄ etiam disguo ants. nulla ē pars ā ō videatur negativè v̄ positivè, cōo. positivè, n̄o. partes illæ videri dicuntur negativè ā ō videntur raōne luminis abēpsis reflexi sed raōne luminis reflexi à partibus collateralibus. ita fenestra aperta ā eminùs ō conspicitur videtur raōne luminis reflexi à partibus ipsam ambientibus.

ad secundum, disguo ants et cons. ō magis splendescit et plus emittit luminis in unum sensum, cōo. in ōem sensum, n̄o.

ad tertium, ideò albescit pulvis ille q̄a p̄ illam attritionem immutata ē figa, situs ō partium et pororum, ita ut liquidum inter globulos illius pulveris contentum, in mari copiâ reflectat ōe genus radiorum. . . adde q̄d superficies partium attritorum sit exasperata, ita ut

lumen ō reflectatur versus unam partem, sed quoquo versus.

obes ultimò. 1º si duo vitra, planum unum et aliud paululum convexum sibi applicantur apparent circuli diversi coloris circa punctum contactûs: in puncto verò contactûs, si p̄ latus inspiciatur, apparet macula nigra. . . 2º si transpiciatur punctum illud p̄ q̄d duo illa vitra se tangunt, videtur magis lucidum quam reliquæ partes vitrorum, ac p̄ illud conspici pount corpora ultrà collocata, æ p̄ alias vitrorum partes ubi aëria lamella interjecta ē cerni oīo ō pount. aq hæc duo ō pount explicari.

Rēo nō mirem. undè ad primum quidem, ideò tunc apparet circuli diversi coloris circa punctum contactûs, q̄a radii solares ab uno vitro in laminam aëriam intermediam, et ab illâ laminâ in vitrum inferius transeuntes, refringuntur, ac p̄ illam refractionem radii unius coloris separantur ab aliis depinguntque singuli in circuitu diversos colores. ideò autem in puncto contactûs apparet macula nigra, q̄a ex illo puncto nulla fit luminis reflectio: numquam enim reflectitur lumen, nisi quando transit ab uno medio in aliud diversæ speciei.

ad secundum, dico punctum illud ideò videri magis lucidum si transpiciatur, q̄a p̄ illud plures radii transmittuntur. ideò autem

plures transmittuntur, q̄a illuc plurimi deflectunt propter refractionem quam patiuntur dum transeunt è vitro superiori in lamellam äeris interpositam; atque ex illâ multitudine radiorum p̄ illud punctum transmissorum fit ut videantur obta ultrà collocata, q̄ videri ō pount trans reliquas partes vitri.

ex dictis explicabitur: 1º cur panni nigri facilè concipiant calorem, q̄a scilicet propter anfractuum multitudinem variasque refractiones et reflectiones quas radii patiuntur propterque tenuitatem partium totus motus radiorum partibus illis facilè communicatur, atque hinc ē cur æstate vestes albæ potiores sint nigris.

2º cur corpora colorata quocumque colore, possint tingi facilè colore nigro; ad hoc enim sufficit ut partes corrodantur et attenuentur, fiantque proindè inter ipsas varii anfractus; (ī pori) et hæc ē rao cur carbones per ignem fiant nigerrimi.

3º cur è contrà corpora primum tincta colore nigro, deindè vix possint infici alio colore q̄a scilicet cum p̄ colorem nigrum partes illorum corporum fuerint multùm attenuatæ, difficillimè p̄t resarciri jactura illarum partium novas iis addendò.

4.° cur panni p̄ lixcivium dealbentur, q̄a ſcilicet lixcivium removet partes heterogeneas ſordesque oẽs quibus radii abſorbebantur, adde q̄d p̄ partes ſuas alkalicas et ſalinas corrodat pannorum partes, eorumque ſuperficiem ſecundùm innumera plana exaſperet.

5.° cur argentum ſale tartari et ſale marino albeſcat magis, q̄a ſcilicet variæ ſordes q̄ in ſucceſſu temporis in ſuperficie argenti creverant et abſorbebant lumen, abſterguntur p̄ illos ſales.

6.° cur in ſuperficie posteriori ſpeculorum apponatur mercurius, abſorbet enim et radios qui venirent à corporibus retrò poſitis et radios qui uſquè ad posteriorem ſpeculi ſuperficiem penetrantes ab aëre reflecterentur, qui utrique radii interrumperent et perturbarent ſenſibiliter radios reflexos à partibus ſpecularibus, atque adeò mutarent imaginem obti repreſentati.

confirmatur. nam 1.° ſi ponè ſpeculum ponatur pannus niger, melius repreſentantur obta in ſpeculo, q̄a p̄ pannum nigrum abſorbentur multi radii, qui ſi reflecterentur mutarent imaginem obti repreſentati. 2.° quò

aqua lympida altior ē, eō melius in eâ repræsentantur imagines obtorum; tunc enim plures radios absorbet.


articulus 3.us

de iride.

præmitto. 1.° iris ē arcus esse variis distinctus coloribus qui tempore pluvio in aëre apparet versùs partes soli oppositas. in illo numerantur septem colores qui primitivi à neutone nuncupantur.

2.° iris ē quandoque duplex, alia dicitur interior et primaria, alia exterior et secundaria. interior efficit cum axe visionis angulum quadraginta unius aut duorum circiter graduum, exterior angulum quinquaginta unius aut duorum graduum.

3.° axis visionis seu axis iridis ē linea recta ducta à centro solis in partem cœli quam respicit hōo aversus à sole et transiens p̄ eam cerebri spectatoris illius partem in quâ concurrunt nervi optici amborum ejus oculorum. ità linea A B C est axis visionis, q̄a ducitur à sole A, et transiens p̄ occiput hōis B extenditur in eam cœli partem quam hōo respicit.



4.° centrum iridis ~

dicitur illud axis punctum ex quo in ſingula arcûs puncta duci poſſunt perpendiculares. ità punctum C est centrum iridis.

5° multipliciter fiunt irides artificiales. 1° enim ſi hoo aversus à ſole aquam ore ſpargat, guttulæ aquæ exiguiſſimum arcum iridis exhibebunt efficientem cum axe viſionis angulum 40 unius aut 40 duorum circiter graduum. 2° ſi in orbem disponantur antè faciem illius hois globi vitrei aquâ pleni, eundem percipiet arcum multicolorem. 3° ſi unicus ſit hujusmodi globus efficiens cum axe viſionis angulum quadraginta unius graduum et aliquot minutorum, exhibebit colorem violaceum; ſi paulò altius attollatur, indicum, deindè viridem &c, tandemque rubeum cum ità attolletur ut angulus ſit 40 unius graduum et quinquaginta circiter minutorum: nullusque globi color apparebit cum altius elevabitur.

6° obſervatum fuit à carthesio radios in iride artificiali interiori ō pervenire ad oculum niſi quia ſubeunt ſuperiorem globi vitrei partem, et exeunt p̄ inferiorem, ita ut postquam bis refracti ſunt, ſemel quidem dum ingrediuntur globum, et iterùm dum exeunt, atque ſemel reflexi, directionem rectam acquirant in oculum.


7° ab eodem carthesio obſervatum fuit

radios efformantes iridem exteriorem, seu secundariam, subire partem globi vitrei inferiorem, et exire p superiorem, ita ut refrangantur subeundo globum, et deinde bis reflectantur intra globum, exeantque tandem è globo ō sine secundâ refraxione, tumque dirigantur in oculum spectatoris,

hæc duo ultima exhibentur in apposito schemate.

thesis unica.

iris fit per radios solares in nube roridâ sic refractos et reflexos ut separati perveniant ad oculum.



pūr. iris naalis

oritur ex eâdem causâ ac iris artificialis. ãq iris artificialis oritur ex radiis solaribus intra globos vitreos sic refractis et reflexis ut separati perveniant ad oculum, bis inquam refractis et semel reflexis in iride primariâ, bis autem refractis bisque reflexis in iride secundariâ. ḡo idem dicendum de iride naali.

cæterum newto. consideratâ radiorum diversâ refrangibilitate et reflexibilitate, geometricè et fusius demonstravit eur radii solares incidentes ad angulum 40 unius aut 40 duorum graduum in nubem roridam aut globos vitreos pati deant eas præcisè refractiones et reflexiones quas patiuntur, sic quid ad oculum venire separati.

Sed hæc persequi geometrarum ē, ō verò alumnorum philosophiæ,

obes 1.º gratis dicis 1.º radios solares varias pati refractiones in nube roridâ. 2.º diversas refractiones efficere ut in nube roridâ appareant varii colores,

Rēō ad primum, n̄o. nam 1.º radii solares incidentes in guttulam aquæ nubis roridæ dēnt refringi ∽ cùm transeant ab aëre in aquam, deindè quando exeunt è nube et diriguntur versùs oculum ∽ dēnt novam pati refractionem, cùm transeant ab aquâ in aquam. 2.º radii venientes à sole ∽ incidunt in nubem roridam cum diversâ inclinaōne. āq pro diversâ inclinaōne diversæ dēnt ēē refractiones. gō radii solares dēnt pati diversas refractiones in nube roridâ,

ad secundum, n̄o. nam diversa refractiones dēnt facere ut radii homogenei seperantur ab heterogeneis. āq ō pt fieri talis separaō quin diversi appareant colores. tunc enim partes sensibiles retinæ vibrantur à radiis ejusdem speciei. gō propter varias refractiones diversi ∽ dēnt apparere colores in nube roridâ,

obes 2.º ō pt explicari 1.º cur radii iridem efformantes arcum exhibeant, ō autem lineam rectam. . . . 2.º quarè iris appareat aliquandò interrupta. . . . 3.º quarè iris ō appareat

quando pluit in loco ubi ē spectator, licet nubes rorida sit soli opposita.

Rēo ad primum, rão ē qa oēs radii exhibentes eundem colorem dent in reflexione facere angulum aequalem, cùm sint eodem modo refringibiles, ãq soli radii in arcum dispositi et perverientes ad oculum posunt facere angulum aequalem; sive ē lineâ trā circulari duci posunt lineae rectae quarum otibet efficiat angulum 40 duorum circiter graduum cum axe visionis.

insbis. go eadem praecisè iris ō conspicitur à diversis hoibus, nec eadem ab eodem hōe in diversis locis constituto.

Rēo cōo. radii enim reflexi ab iisdem aquae guttis ad oculos illorum hoium ō posunt facere eundem praecisè angulum quando hoes st in diversis locis positi; mutato go axe visionis mutatur quoque arcus coloratus circà axem.

ad secundum, iris det ēe interrupta, quando nubes rorida in quâ iris depingitur, ipsa interrumpitur. praetereà iris det interrumpi quando nubes alia opposita impedit ne radii solares perveniant ad aliquas partes nubis roridae. denique iris det ēe interrupta quando radii reflexi ab aliquâ parte nubis roridae reperiunt intrà aërem tot partes aquae, ut ō possint pervenire ad oculum nisi maximè interrupti aut debilitati.

ad tertium, quando pluit in loco ubi situs ē oculus spectatoris tot st vapores et guttæ pluviæ inter nubem roridam et oculum, ut radii reflexi à nube roridâ nimiùm debilitentur antequam perve=niant ad oculum. prætereà quandiù pluit in loco ubi ē spectator, nubes ē quâ decidit pluvia maximè debilitat radios solares qui in nube roridâ deberent exhibere iridem.

obes 2°. ō pt explicari cur si sol fuerit suprà hori=sontem elevatus plusquam 40 duobus gradibus, ō appareat iris primaria.

Rēo rao ē qa tunc centrum iridis deprimitur infrà horisontem seu infrà superficiem terræ ultrà 40 duos gradus, nam ista tria, centrum solis, oculus spectatoris, et centrum iridis st semper in eâdem lineâ. go cum sol ē suprà horisontem ultrà 40 duos gradus, centrum iridis ē totidem gradibus infrà horisontem, ac proindè nullæ guttulæ ex his quæ concipi=untur suprà horisontem, possunt facere cum axe visionis angulos requisitos ad iridem primariam, sed multò maiores quam par sit.

interposita solem inter et terram, ut totum discum solarem aliis obtegat oio, aliis partim obtegat, aliis nullatenus, ut videre ē in subtâ figâ. illi qui degunt in puncto terræ A solem hent omninò occultatum, qui degunt in puncto B nullam solis partem hent occultatam: qui verò degunt in puncto C mediam solis partem obscuratam habent.

eclipses lunæ.

eclipsis lunæ fit interpositu terræ lunam inter et solem, ita ut luna eclipsim patiatur quando immergitur in umbram terræ; qa tunc det fieri lunæ eclipsis quando radii solis ō pount usque ad lunam pervenire. āq quando terra ē interposita solem inter et lunam radii solis ō pount usque ad lunam pervenire. gō &c. eclipsis



hinc 1º eclipsis lunæ fit tn in pleniluniis seu in oppositionibus. rao ē qa eo tn tempore luna ē ita soli opposita, ut terra reperiatur solem inter et lunam.

2º. in oibus tamen pleniluniis ō det contingere eclipsis lunæ, quia numquam fit eclipsis nisi quando luna ē in plano eclipticæ, scilicet in nodis v propè nodos, qd ō accidet in oibus pleniluniis, qa circulus in quo movetur luna motu proprio, paululum

ab eclyticâ declinat.

3.º eclypsis lunæ aliquandò ē totalis, aliquandò partialis. ē totalis quando luna et sol s͞t in nodis eclypticæ, tunc enim terra ē centraliter opposita lunam inter et solem, ac proindè luna integra in umbram terræ mergitur. ē verò partialis quando luna in pleniluniis ē t͞n propè nodos, tunc enim terra ō ē centraliter opposita solem inter et lunam, ac proindè luna integra ō ingreditur umbram terræ.

4.º eclipsis lunæ totalis aliquandò magis, aliquandò minus durat, prout luna magis v minus distat à terrâ. quando magis distat à terrâ, eclipsis ē minus diuturna, q͞a cùm umbra terræ desinat in conum, luna pertransit partem illius coni minus crassam. quando verò luna minus distat à terrâ eclipsis ē diuturnior, q͞a tunc luna pertransit partem coni magis crassam. similiter quando sol magis distat à terrâ, eclipsis lunæ ē etiam diuturnior, quia tunc umbra terræ longius protenditur, ac proindè pars coni quam luna pertransit ē crassior.

5.º eclipsis lunæ d͞et ēē ejusdem magnitudinis et duraōnis respectu ōium locorum, q͞a cùm luna sit corpus opacum, statim atque à terrâ interrumpuntur radii solares, defectus luminis d͞et apparere eodem tempore ex quocumque loco luna videri p͞t.

articulus 3.us

sistema copernicanum.

pytagoræ sistema instauravit nicolaius copernicus. in illo autem statuitur 1.º solem in mundi centro ēē immotum. 2.º circà solem moveri planetas eo duntaxat proprio motu quo decurrunt suas orbitas ab

occidente in orientem. orbitæ autem neque ſunt rotundæ neque ſoli perfectè concentricæ. ſoli proximus ē mercurius, ſuprà mercurium movetur venus. — terra ſuprà venerem, et circà terram movetur luna in ellypsi cujus mir diameter ſolem reſpicit. — ſuprà terram volvitur mars, jupiter ſuprà martem, ſaturnus ſuprà jovem.

3° ſtatuitur diſtantiam ſtellarum à ſaturno ēē propè infinitam, easque ū nullo ū ferè nullo motu concitari.

4° ſupponitur triplicem ēē terræ motum, 1° quidem diurnum, quo ſcilicet terra quotidiè ſeu in ſingulas circiter 24 horas continuas volvitur circà

sistema copernicanum.



continuas volvitur circà axem ſuum fuſi ſimilis ab occidente in orientem. 2°. motum annuum quo circà ſolem volvitur quotannis in plano eclipticæ juxtà ſucceſſionem ſignorum, ſeu ab oriente in occidentem. 3°. motum librationis quo axis terræ ſenſim ſinè ſenſu deſcribit circulum eclipticæ parallelum ab oriente in occidentem.

4°. ſtatuitur axem terræ ſemper parallelum ēē axi mundi, licet terra feratur in eclipticâ ab uno tropico in alium.

carthesius amplectendo ſistema copernicanum contendit illud ēē tm astronomicè bonum, ſed etiam phiſicè. vult enim ꝑ ſolas leges generales motûs factum fuiſſe ut oēs planetæ diſpoſiti fuerint aut diſponi potuerint eo modo quo ſupponuntur diſpoſiti in ſiſtemate copernicano. cæterùm ꝑ ſuos vortices conatur explicare cauſam phiſicam eorum oium q̄ ſupponuntur in illo ſiſtemate: copernicus autem præscindit ab hujusmodi causâ.

thesis 1.a ſiſtema copernicanum ē astronomicè bonum.

pur. in illo enim ſiſtemate benè explicantur oēs astrorum motus et apparentiæ, ut patebit inductione.

ſolis motus et apparentiæ.

1° ſol quotidiè videtur volvi circà terram ab oriente in occidentem, qa terra quotidiè volvitur circà ſuum axem ab occidente in orientem.

2°. ſol videtur quotannis moveri in eclipticâ juxtà ſucceſſionem ſignorum ab occidente in orientem, qa ſcilicet quotannis terra movetur in

ecliptica juxta ſucceſſionem ſignorum ab occidente in orientem. unde ſol det videri in ſigno illi oppoſito in quo reperitur terra. quando v. g. terra reperitur in ſigno arietis, ſol det videri in ſigno libræ.

Dices. ex eo qd terra quotidie moveatur circa proprium axim ab occidente in orientem, ~~sol~~ ſol det apparenter moveri quotidie ab oriente in occidentem. go à pari ex eo qd terra ſupponatur moveri ab occidente in orientem, ſol det apparenter moveri motu annuo ab oriente in occidentem.

Reo coo aens, no consam. diſparitas e qa terra o pt moveri ſingulis diebus circa proprium axim ab occidente in orientem, quin ſol reſpondeat ſucceſſioe diverſis punctis ſuperficiei terræ ab oriente in occidentem. go motu diurno ſol det videri moveri ab oriente in occidentem. at vero terra o pt moveri in ecliptica motu translationis, quin linea recta ducta à terrâ et transiens p centrum ſolis reſpondeat ſucceſſive diverſis punctis eclipticæ ab occidente in orientem juxta eandem ſucceſſionem ſignorum juxta quam ipſa terra movetur. rao ulterior e qa motus diurnus fit circa proprium axim, alter vero e motus translationis.

insbis. navis ita defertur à flumine motu translaonis ab oriente in occidentem, ut littora appareant recedere ab occidente in orientem. go

à pari ex eo q̄d terra moveatur motu translaō=nis in eclipticâ, sol det moveri in sensum oppositum.

Reo ioo aēns, nō consam. disparitas ē quia navis ō defertur motu translaōnis circà, sed juxtà littora. terra verō defertur circà solem.

3º. Sol apparet volvi quotidiè circà terram tardiùs quam stella sex circiter minutis, nempè propter motum terræ annuum p̄ quem describit quotidiè unum fermè gradum suæ orbitæ circà solem: undè licet finitâ ejus circumvolutiōne eandem stellam respiciat quam respiciebat antè circumvolutionem; non respicit tm̄ eodem modo solem, sed inchoanda ipsi ē alia circumvolutio antequam solem respicere possit.

4º. Sol apparet mār in parte meridionali quam in septentrionali, q̄a nempè quando sol apparet in parte meridionali, tunc terra est in parte boreali circuli excentrici quem describit circà solem, ac proindè ē in perigeo illius circuli respectu solis, seu in parte illius circuli q̄ ē soli vicinior. q̄o tunc sol det videri mār.

5º. Sol apparet diutiùs commorari diebus circiter octo in signis borealibus quam in australibus, q̄a terra diutiùs moratur in signis australibus; decurrit enim circulum soli excentricum, cujus mār pars respicit austrum.

6º. Sol itaquè minùs hyeme distat à terrâ quam æstate, ut satis cuique patet. semper tm̄ projicimus umbram versus septentrionem propter raōnem q̄ attendenti cuique facile obvia

erit.

lunæ motus et apparentiæ.

1.° luna quemadmodum ſol det apparenter moveri intrà viginti quatuor horas motu diurno ab oriente in occidentem. cùm enim terra moveatur circà proprium centrum ab occidente in orientem, det luna nobis videri moveri ab oriente in occidentem.

2.° luna motu proprio circà terram moveri videtur ab occidente in orientem, ita ut deſcribat ellipſion q̃ ſecat eclypticam in duobus punctis oppoſitis et ab eâ recedit quinque circiter gradibus. rão ẽ q̃a luna hēt illum motum õ apparenter tm̃, ſed realiter. abſolvit autem ſuam ellipſion intrà dies viginti ſeptem et aliquot horas, ita ut quotidiè tredecim circiter gradus percurrat in ſuâ orbitâ.

3.° et ſi luna abſolvat ſuam ellipſim intrà viginti ſeptem dies ſeptem horas et quadraginta tria minuta, reperiuntur tm̃ viginti novem dies duodecim horæ et quadraginta quatuor minuta ab unâ lunæ conjunctione cum ſole ad conjunctionem alteram, id ẽ ab uno novilunio ad alterum; q̃a ſcilicet dum luna decurrit ſuam ellipſim, terra recedit viginti circiter gradibus ab eo puncto eclypticæ in quo facta fuerat prior lunæ conjunctio cum ſole. g̃o cùm luna redit ad idem illud punctum, õ reperitur

inter terram et ſolem, ſed det adhuc p̄ duos dies et aliquot horas procedere in orientem ut terram aſſequatur.

4º ſi luna hodie oriatur ſimul cum ſole, cras orietur tardius quam ſol tribus circiter horæ quadrantibus: rao ē qa intra viginti quatuor horas quibus terra peragit diurnam ſuam circumvolutonem, luna procedit in ſuâ ellipſi ad tredecim circiter gradus in orientem. go quando peractâ terræ circumvolutione ſol iterum apparet ad ortum in nostro horiſonte, luna ē verſus orientem depreſſa ad tredecim gradus infra horiſontem. go ut perveniamus ad lunæ conſpectum oportet ut per continuam terræ circumvolutonem deferamur adhuc ab occidente in orientem tribus circiter horæ quadrantibus.

5º diameter lunæ apparet plerumque mar in noviluniis et pleniluniis quam in quadraturis, qa plerumque luna ē tunc terræ vicinior eo quod reperiatur in minore diametro ſuæ ellipſeos.

6º in noviluniis et pleniluniis luna apparet celerius moveri ab occidente in orientem tum qa ē terræ vicinior, tum qa tangentes ductæ p̄ extremitates diametri brevioris rectâ tendunt ab occaſu in ortum, tangentes autem diametri longioris minus accedunt ab occaſu in ortum.

mercurii et veneris motus et apparentiæ.

in hoc ſistemate mercurius ſoli proximus circa ſolem movetur ab occidente in orientem

motu proprio, ita ut circulum ſuum conficiat intrà tres circiter menses, cujus circuli ſemidiameter ē viginti octo graduum. venus pariter circà ſolem et ſuprà mercurium movetur ità ut abſolvat ſuum circulum intrà ſeptem circiter menses, et illius circuli ſemidiameter ēt quadraginta octo graduum. prætereà circulus mercurii obliquè ſecat eclipticam hinc indè recedendo ſex gradibus. circulus veneris ſecat pariter obliquè eclipticam, hinc indè recedendo tribus circiter gradibus.

Hinc 1.º benè explicatur motus diurnus illorum planetarum. cùm enim terra velocius moveatur ab occidente in orientem quam illi planetæ, perindè ſe hent respectu noi ac ſi eent immobiles. go ſicut propter motum terræ diurnum ſol, licet immobilis, videtur moveri ab oriente in occidentem, ità ſimiliter illi planetæ dent nobis apparere moveri quotidiè ab oriente in occidentem.

2.º explicatur cur mercurius à ſole numquam recedat ultrà viginti octo gradus, et venus ultrà quadraginta octo gradus. nam ſemidiameter circuli quem mercurius deſcribit circà ſolem ē tn viginti octo graduum, et ſemidiameter circuli veneris ēt quadraginta octo graduum.

3.º explicatur quarè licet mercurius circulum ſuum conficiat circa ſolem intrà ſpatium


trium circiter mensium, & illum tamen conficere videatur nisi intra quatuor menses: et cur venus, licet circulum suum absolvat intra spatium septem circiter mensium, & illum tamen absolvere videatur nisi intra decem et novem menses. ratio est quia cum illi planetæ circa solem moveantur ab occidente in orientem, et circulos suos absolvant inæquali velocitate, mercurius absoluto suo circulo terram quam deseruit & post iterum assequi nisi ulterius progrediatur uno mense, quia terra per tres illos menses motu suo ulterius progressa est, et quartam sui circuli partem percurrit. similiter venus, ut terram quam deseruit assequatur confecto suo circulo intra septem menses, debet ulterius progredi duodecim circiter mensibus, et bis circulum suum conficere, et præterea plusquam mediam sui circuli partem.

4º benè explicantur directiones, stationes et retrogradationes illorum planetarum: nimirum ex vario illorum situ respectu terræ, qui oritur ab inæquali motu illorum planetarum. quod ut clariùs intelligatur,

adverte 1º planetas dici directos, quando videntur solem directè antecedere, stationarios quando stare videntur, retrogrados quando videntur retrocedere ab oriente in occidentem.

adverte 2º. terram A intra tres menses percurrere partem sui circuli ABCDEF quo

statio, directio, retrogradão merc: juxta copern:



tempore mercurius describit totum suum circulum 1, 2, 3, 4, h. quo posito si mercurius extat in puncto I quando terra ē in puncto A, videbitur mercurius in puncto firmamenti G,

et q̄a mercurius progreditur usquè ad 2 quo tempore terra progreditur usquè ad B, tunc videbitur mercurius pervenisse ad punctum firmamenti M, idque motu celerrimo propter magnam à puncto G ad punctum M distantiam, adeoque mercurius videtur solem celeriter antecessisse, tuncque dicitur directus. . . . si deindè terra usquè ad C et mercurius usquè ad 3 procedant, videbitur mercurius et eodem firmamenti puncto M, tuncque dicitur stationarius, q̄a nobis apparet stare. . . , rursus si terra pergat usquè ad D et mercurius usquè ad 4, tunc mercurius videbitur in firmamenti puncto H. q̄o videtur mercurius retrocessisse à puncto M ad punctum H, ideòque apellatur retrogradus. . . postremò si terra perveniat ad punctum E, et mercurius ad punctum h, videbitur adhuc mercurius in firmamenti puncto H: quarè rursus videbitur stare. q̄d dictum ē

de mercurio, idem facilè applicari pt veneri et cæteris planetis.

4.º benè explicatur cur mercurius (idem dic de venere) aliquandò cornutus sivè falcatus, aliquandò plenè illustratus appareat; qa nimirùm movetur circà solem in circulo qui mir ē terræ circulo. gō aliquandò suprà solem, aliquandò infrà solem respectu terræ dēt existere. quando ē suprà solem, totum hemisphærium illustratum terræ obvertitur, quando ē infrà solem, partem tn̄ hemisphærii illustrati nobis obvertit.

motus et apparentiæ martis, jovis et saturni.

isti planetæ in hoc sistemate moventur circà solem ab occidente in orientem, in circulis terræ circulo longè majoribus: mars quidem in circulo eclipticam hinc inde secante et ab eâ recedente uno gradu et quinquaginta minutis: jupiter in circulo ab eclipticâ declinante duobus gradibus et viginti minutis: saturnus in circulo declinante duobus gradibus cum triginta minutis. præterea mars suum circulum peragit intra unum annum et trecentos viginti duos dies: jupiter intrà annos undecim et trecentos octodecim dies: saturnus deniquè intrà annos viginti novem et octodecim dies,

hinc 1.º benè explicatur cur illi planetæ licet moveantur circà solem motu æquabili, appareant tm modò celerrimè moveri versus orientem, modò stare, modò retrogredi: prout

enim diversum hent respectum ad terram videntur aliquandò ad certam firmamenti partem citiùs pervenisse, aliquandò eidem firmamenti puncto diutiùs correspondere, sicuti dictum suprà fuit de mercurio et venere.

2°. benè explicatur cur mars dum retrogreditur majorem videatur circuli arcum describere quam jupiter, et jupiter quam saturnus. rao ē qa mars ē terræ proprior quam jupiter, et jupiter quam saturnus.

3°. benè explicatur cur illi planetæ majores appareant quando st retrogradi: tunc enim st terræ viciniores, qa ō st retrogradi, nisi quando soli oppositi st, terra existente inter illos planetas et solem. gō tunc illi planetæ st terræ viciniores totâ diametro circuli annui quem terra describit. sed cùm tota illa diameter ō sit aliquid notabile respectu immensæ distantiæ saturni à terrâ, hinc fit ut saturni magnitudo apparens ferè insensibiliter augeatur in illius retrogradaone.

4.° benè explicatur cur saturnus pro situ diverso respectu terræ, videatur mutare figam. aliquandò enim apparet rotundus, aliquandò ovatus, aliquandò ansis hinc indè instructus. hæc enim oia facilè explicantur statuendo circà saturnum volvi annulum. nam 1.°

quando annuli planum productum transit per oculum nōum, jam annulus nobis obvertit ſuam duntaxat aciem ſeu craſſitiem, quæ ad tantam distantiam ē insensibilis. ḡo tunc ō percipimus nisi ipsum planetam, qui cōenter apparet rotundus. 2°. cum planum annuli ita inclinatur ut ipſius partem videamus citra planetam, non videamus autem aliam partem ponè ſaturnum positam, tunc propter annuli partem viſam planeta videtur ovatus. 3°. quando pars annuli ponè ſaturnum poſita elevabitur, extrema illius ovalis mutabuntur in ansas, apparentibus ſcilicet hinc indè duobus intervallis inter annulum et corpus planetæ: ipsæque ansæ mutari videbuntur in cuneos, coarctatis ſcilicet atque tandem viſui nōo prorſus ereptis duobus illis intervallis, quando eadem annuli pars ulterius elevabitur.

motus et apparentiæ Stellarum fixarum.

1° in hoc ſistemate ſtellæ in ſingulas viginti quatuor circiter horas moveri videntur ab oriente in occidentem p̄ circulos æquatori parallelos, nempè propter motum terræ diurnum ab occidente in orientem.

2º Stellæ apparent moveri ab occidente in orientem, propter motum librationis terræ, quo diximus terram aliquatenus titubare, modò ad dextram modò ad sinistram, ita ut poli axis terreni hinc inde describant circulos exiguos ab oriente in occidentem.

3º Stellarum mutari videtur longitudo, ō autem latitudo: syderum namque latitudo dicitur eorum distantia ab ecliptica; axis autem terræ ꝑ motum libraōnis ducit orbem eclipticæ parallelum, quem absolveret intrà viginti quinque circiter annorum millia ab oriente in occidentem. ḡo propter illum terræ motum stellæ ō pōint modò plus, modò minùs ab æquatore v̄ ab ecliptica videri distantes, seu here modò majorem modò mīrem latitudinem. mutatur tm̄ earum longitudo seu distantia ab illo puncto in quo ecliptica secat æquatorem, q̄a fieri ō pt̄ quin ab illo puncto recedere videantur v̄ ad illud accedere, quamdiu ducere videntur orbem eclipticæ parallelum.

4º licet terra quotannis ad stellas q̄ st in ariete v. g. propiùs accedat v̄ ab eis recedat tota diametro orbitæ quam describit circà solem, ō mutatur tm̄ apparens stellarum magnitudo. raō ē q̄a propter immensam illarum distantiam tota

diameter illius orbitæ ē veluti punctum.

5.º ō mutatur pariter elevatio poli dum terra ab uno pᵗʳᵒpico transfertur in alium; q̄a axis terræ ē sibi semper parallelus. q̄o lineæ ab eâdem stellâ ductæ in eandem terræ plagam constitutam modò in tropico capri modò in tropico cancri, nullum sensibilem efficiunt angulum, nempè propter immensam stellæ distantiam. et verò lineæ parallelæ in immensum productæ coïre videntur. q̄o à pari radii visionis ducti p̄ lineas parallelas ex utroque tropico et in immensum producti coïre viderentur in eâdem stellâ.

6.º mutatur tm̄ sensibiliter elevaō poli quando propiùs sensibiliter accedimus ad polum; q̄a radii visionis ō st parallelī, sed angulum sensibilem efficiunt. quòd si accessus ad polos sit minimus, et unius tn̄ leucæ, ǣ pro nihilo computari p̄t comparata cum distantiâ æquatoris à polo, tunc angulus visionis ō sensibiliter mutatur, et eadem semper ē elevaō stellarum sensibiliter. nec obstat q̄d ob accessus ille dēt angulum cujus lineæ ad cœlum usquè pertinentes secant immensam cœli partem propter immensam cœli distantiam. nam hæc cœli quantacumque pars videtur tm̄ insensibilis, q̄a propter immensam suam distantiam efficere ō p̄t angulum sensibilem.

thesis 2a. ſistema copernicanum ē phiſicè falſum. theſis ē ō ſolùm contrà carthesium, ſed etiam contrà phiſicos recentiores tam anglos quam gallos, præcipuè verò contrà ſocios regiæ pariſienſis academiæ ſcientiarum apud quos ſolis immobilitas et terræ motus circà ſolem ē veluti dogma à quo ō liceat recedere.

pūr 1o illud ſistema ē phiſicè falſum quod pugnat cum legibus generalibus phiſicæ cen næ. āq tale ē ſistema copernicanum. pūr mīr: in illo ſistemate tribuitur lunæ motus proprius circà terram, et motus terræ communis circà ſolem. idem dicendum de ſatellitibus jovis et ſaturni. āq repugnat phiſicè legibus lunam moveri motu proprio circà terram et motu communi terræ circà ſolem. pūr mīr: motus enim terræ plusquam vicies velocior est motu proprio lunæ, et illi duo motus opponuntur in conjunctionibus. āq motus oppoſiti deperduntur. gō luna deperderet ſuum motum proprium in conjunctionibus. gō unio illius motûs proprii cum motu communi terræ ō pt congruere cum phiſicæ legibus.

adverte eandem ēē vim argumenti ſuperioris ſivè terra dicatur dare lunæ motum ſuum communem et ipſam ſecum rapere circà ſolem eam impellendo, ut placet defenſoribus vorticum

carthesianorum, v̄ illam attrahendo, ut volunt defensores attractionum neutonianum

Dices: luna servat suum motum proprium, licet motus ille opponatur motui communi terræ, quemadmodùm muscæ volitantes in cubiculo navis hent motum proprium et motum communem.

Reo nō aeris. muscæ enim ideò tn videntur servare motum communem, qa motus ipsorum proprius fit continuò irritus propter continuam oppositionem motûs communis. undè si ō herent aam viventem, ceu si ō eent ipsæ sibi principium continuum sui motûs, deperderent illicò totum motum proprium, et instanti secundo abriperentur p motum communem aëris. sydera autem ō st viventia. gō deperdere dent illicò totum suum motum proprium quando motus ille opponitur communi motui mari.

pur 2°. si terra lunam raperet eam impellendo, ita ut pars vorticis incurrens in faciem lunæ inferiorem, celeriùs moveretur quam pars incurrens in superiorem, luna continuò repelleretur à terrâ et propiùs ad stellas accederet. si autem pars inferior tardiùs moveretur quam superior, æther superior prævaleret, adeòque lunam detruderet in terram.

pur 3°. positis illis vorticibus ætheris, terra dici ōpt torqueri ab occasu in ortum neque motu annuo neque diurno, quin simul circumagatur æther ipsi circumfusus: nam

alioqui terra lunam rapere ꝯ poet, et præterea nihil concipi poet propter qđ terra continuò circumageretur simul cum äere circumfuso, quiescente interiori æthere poros äeris replente. aq tm̄ dici non pt æthere terræ circumfusum volvi simul cum terrâ ab occasu in ortum. go neque terra circumagitur ab occasu in ortum.

pūr mir. si æther simul cum terrâ volveretur, corpora projecta longius mitterentur in ortum quam in occasum. aq tm̄ ō longius mittuntur in ortum quam in occasum, go ꝗc. pūr man: quando enim mitterentur in occasum, æther volutus in ortum ea continuò pelleret maximâ vi in ortum, quandoquidem maxima ē vis ætheris pellens, et coenter æther multum continuò minueret velocitatem illorum respectivam et apparentem in occasum: cùm autem mitterentur in ortum, diverberarent quidem ætherem tardiorem, sed resistentia ætheris tardioris diverberandi motum illorum ō minueret sensibiliter; quandoquidem ætheris resistentia nulla ē sensibiliter. go corpora projecta longiùs mitterentur in ortum quam in occasum.

Dices. gratis dicis ætheris resistentiam nullam ēē sensibiliter, maximam verò ēē illius vim pellentem.

Rēo nō aēns quoad utramque partem. prima quidem pars constat multis obervaonibus. nam 1º resistentia liquidorum sensibilis

um respondet eorum denſitati, nulla ferè habitâ raone maris v miris fluiditatis. go æther ipſorum poros replens ō resistit ſenſibiliter. 2°. corpora levisſima in loco äere vacuo æquè celeriter decidunt atque gravisſima. v. g. pluma intrà recipiens machinæ pneumaticæ undè extractus ē aër tantâ celeritate decidit ſenſibiliter, quantâ globus plumbeus.

ſecunda verò pars pūr facilè; æther enim ō eēt admittendus, ſi nullam hēret vim pellentem; nulli enim eēnt ejus effectus.

prætereà concipi numquam poterit mōam v nullatenùs v certè ōium minimè poroſam incurrere in alud corpus, neque tm illud pellere.

confirmatur. obſervatum ē vim liquidorum pellentem respondere eorum denſitati multiplicatæ p velocitatem, nullâ ferè habitâ raone fluiditatis. go cùm densitas ætheris ſit maxima, maxima dēt ēē vis illius pellens.

pūr 4°. quando luna ē in oppoſitione et tendit eōdem quo terra p ſuum motum proprium, ſed multò tardiùs, terra pōet ad ſum mum ità augere lunæ velocitatem ut ambæ æquali velocitate procederent. go luna numquam pōet anteire terram, et cōenter accipiendo motum communem deperderet ſuum motum proprium.

intelliges 1° ſistema tychoricum ēē quoquè phiſicè falſum. in illo enim ſistemate tribuitur

planetis motus proprius et motus communis. atq ex jam dictis motus proprius ab ortu in occasum ō pt. stare cum motu communi solis quo rapiuntur simul cum sole motu annuo circà terram. gō illud sistema ē phisicè falsum.

intelliges 2º. planetis unicum tribuendum ēē motum p quem ducant easdem lineas spirales quas ducerent propter unionem motûs proprii et motûs communis, quamquam nulla concipi possit causa phisica propter quam dirigantur continuò secundùm lineas illas spirales.

Dices. terræ immobilitas ō pt congruere cum legibus nãæ. gō terra dicenda ē moveri. pter aẽns: sydera enim voluta ab ortu in occasum derent pariter volvere terram.

Reo transeat aẽns, no consam. nam 1º vidimus qd solis immobilitas pugnet nãæ legibus. gō licet terræ immobilitas videatur etiam pugnare cum aliquâ lege nãæ, tm cùm sol videatur moveri, terra autem videatur stare, sol dicendus ē potiùs moveri quam terra.

præterea innumeris scripturæ locis htur terram ēē immotam, solem autem moveri. neque dicas verba scripturæ quibus probari videtur terræ immobilitas ō dēre accipi in sensu proprio. nam juxtà augustinum loca scripturæ in sensu proprio sumenda st quando

rāo aliqua evidens ō ſuadet contrarium.

Caput 3.um

de corporibus cœleſtibus in particulari.

cùm tres ſint precipuè ſpecies corporum cœleſtium, nimirùm, planetæ, ſtellæ fixæ et cometæ, de his. ſeorſim agemus.

articulus 1.us

de planetis.

Septem vulgò numerantur planetæ, ſol, luna, mercurius, venus, mars, jupiter et ſaturnus; qui planetæ in hoc differunt à ſtellis fixis qd motu constanti et regulari ab uno tropico in alium tendant.

paragraphus 1.us

de ſole.

Quæres 1.º quid ſit ſol.

Reo in aſſignandâ ejus nāâ discrepant philoſophi. 1.º juxtà quoſdam ē immenſa quaſi auri liquati moles continuò effervescens, 2.º juxtà carthesium ē ingens cumulus mãæ ſubtilis perniciſſimo vertiginis motu agitatæ, adeòque lumen efficientis propter

impetum ſuum in maam globuloſam cumulo circumfuſam.

3°. aliis recentioribus philoſophis placet ſolem ēē corpus ſolidum et graviſſimum, ſed cujus viscera ſcateant ignibus continuò erumpentibus in ſuperficiem. nec obſtat qd tota ſolis moles lucere videatur. id enim fieri pt quamvis totus ſol ardeat. nam ſi lampades accenſæ v. g. ad magnam distantiam disponantur in eâdem lineâ rectâ, lucidum videbitur totum ſpatium à primâ lampade ad ultimam, licet lampades ō ſint immediatè contiguæ, ſed aliæ ab aliis notabiliter distantes. ḡo à pari &c.

Quæres 2°. quid ſint ſolis maculæ ſive loca minùs fulgida? quid ſolis faculæ ſeu loca magis lucida.

R̄eō Cartheſiani aliique ō pauci astronomi existimarunt maculas et faculas ſolis eſſe quandam veluti ſpumam quam ſol mittit vi ſuâ ex visceribus ſuis in ſuperficiem, eamque ū obſcurare ſolem ſi radios ejus extinguat; ū lucem ejus efficere vividiorem ſi radios ejus colligat, ſimilis ſpeculorum urentium.

neutonici contrà aliique celeberrimi astronomi volunt maculas ſolis ēē planetas quosdam qui volvuntur circà ſolem, et lumen illius impediunt. Ricciolus autem variis argumentis hān utramque ſententiam

refutavit.

adverte maculas et faculas videri circa Solis axem volvi intra dies 27 et duodecim horas. unde Sol ipse creditur circa se ipsum torqueri eodem temporis intervallo.

Quæres 3°. quanta sit Solis magnitudo, et quanta ejus distantia à terrâ.

Resp. ad primum, 1° certum est Solem esse multo majorem lunâ et terrâ. probatur prima pars; in eclipsi Solis aliquando luna ita texit Solem medium, ut lymbus Solis circumquaque adhuc videretur instar annuli lucidi. ergo Sol est major lunâ.

probatur secunda pars; umbra terræ desinit in conum. ergo Sol est major terrâ. consequentia est evidens. nam 1° si Sol esset minor terrâ, umbra terræ deberet sensim augeri recedendo à terrâ. 2°. si Sol esset terræ æqualis, umbra terræ esset semper æqualis latitudinis sive prope terram, sive procul à terrâ. probatur itaque antecedens superius; nam quo luna est remotior à terrâ, eo citius emergit ex umbrâ terræ in eclipsibus. præterea neque mars, neque jupiter patiuntur unquam eclipses ex interpositione terræ, quod tamen contingeret si umbra terræ non desineret in conum.

2°. Solis magnitudo absoluta non potest certo determinari ut patet ex variis et omnino diversis astronomorum hac de re sententiis. hodie tamen vulgo sentiunt Solis diametrum æquiva=

lere millioni diametrorum terræ.

ad ſecundum, ſol distare à terrâ creditur triginta ū triginta tribus circiter leucarum millionibus.

paragraphus 2.us

de lunâ cæteris que planetis.

Quæres 1.o quid ſit luna.

Rẽo ē corpus opacum ō lucens à ſe, ſed lumine mutuato à ſole.

pũr 1.a pars. ſi luna ō eẽt corpus opacum, ſed diaphanum, quandò conjungitur ſoli, ō deret ſolem obtegere, ſed trans lunam videri pōet ſol, q̄d tm̄ ē contra experièntiam.

pũr 2.da pars. nam illa tn̄ pars lunæ apparet illustrata q̄ ſoli obvertitur. hinc variæ lunæ phases de quibus ſuprà. igitur eodem modo luna illustratur à ſole quo terra.

Quæres 2.o undè oriantur maculæ fugaces q̄ apparent in ſuperficie lunæ.

Rẽo oriuntur ab aſperitatibus lunæ, cujus ſuperficies ē valdè aſpera et montosa. nempè in lunâ apparent umbræ q̄ à conjunctione ad oppoſitionem ità decreſcunt, ut in oppoſitione ō appareant. imò illæ umbræ à novilunio ad plenilunium tendunt ab occaſu in ortum. posteà verò tendunt ab ortu in occaſum. hæc autem umbrarum diverſitas ō aliundè concipitur oriri pōe quam ex montibus lunaribus.

Quæres 3.º quid ſint maculæ lunæ, quid faculæ.

R̄eo maculas lunæ ēē illius partes q̄ minimam reflectunt luminis copiam et magnam abſorbent, ut partes rariores, v̄ partes herbis aut ſylvis tectæ, aut valles ingentes et multum depreſſæ: faculas autem ēē partes magis aptas ad reflectendum lumen.

Quæres 4.º an luna ſit mīr terrâ.

R̄eo affirmativè. nam aliquoties luna tota demergitur intrà umbram terræ, quando ſcilicet patitur eclipſiom totalem. ḡo ē multò mīr, cùm umbra terræ mīr ſit ipsâ terrâ, hēt enim figām conicam.

Quæres 5.º an ad lunæ defectionem ſive eclypſim requiratur ut luna ſubeat umbram terræ.

R̄eo negativè, ſed ſufficit ſi reperiatur in ejus penumbrâ. ē autem umbra ſpatium carens ōi lumine, penumbra verò ſpatium lumine debiliſſimo illustratum. porrò atmoſphera terræ efficit penumbram q̄ multò longiùs protenditur quam umbra terræ, propter varias refractiones quas lumen ſolis patitur dum ſubit atmoſpheram terræ, v̄ ab eâ exit.

Quæres 6.º quarè aliquandò percipitur eclipſis lunæ dum ſol et luna eodem tempore apparent ſuprà horiſontem.

R̄eo eorum alterum ē infrà horiſontem, licet utrumque propter refractiones appareat ſuprà horiſontem.

Quæres 7° an luna gyret motu proprio circà ſuum axem.

Rẽo affirmatiȯe, ut colligitur ex eo q̄d ſemper eandem nobis faciem exhibeat.

Quæres 8° an cæteri planetæ ſint corpora opaca.

Rẽo mercurius, mars, venus, jupiter ejusque ſatellites, ſaturnus ejusdemque ſatellites ſunt corpora opaca lunæ ō multùm aſſimilia.

P̄ur. illi planetæ pro diverſo ſitu respectivè ad solem et ad terram magis v̄ minùs ſplendidi conspiciuntur. ḡo ō lucent niſi lumine accepto à ſole et ad terram reflexo. ḡo in hoc ſaltem à lunâ ō discrepant.

articulus 2us.

de ſtellis fixis.

Quæres 1° quid ſint ſtellæ fixæ.

Rẽo ſt corpora lucida q̄æ lucent et ardent luce et calore proprio, ſeu totidem ſt ſoles.

P̄ur. q̄a ſi eēnt corpora opaca lumen à ſole mutuantia, in tantâ illarum diſtantiâ à terrâ lux ab illis reflexa ō eēt ità ſplendida ſed oīo inſenſibilis; præterea ō vividius lucerent quam ſaturnus qui multò minus diſtat à terrâ. falſum conſ. ḡo &c.

Quæres 2° undè oriatur capillicium ſtellarum.

Reſponſioni præmitto, ſtellæ ſi nudo oculo

conspiciantur, majores apparent quam deberent apparere in tantâ distantiâ. nam ope telescopii minores apparent quam si oculo cernantur. fulgor autem ille addititius et apparens qui stellæ magnitudinem auget dicitur stellarum capillicium.

Rēo jam capillicium stellarum oriri partim ex dispositione oculi, partim ex parvitate apparenti stellarum, et partim ex vividâ illarum luce.

pūr. 1º distantia stellarum facit ut exhibeant exiguam sui imaginem intrà retinam. nam si intuearis stellam p̄ papyrum exiguo foraminulo pertusam, spoliatur suo capillicio, et quasi punctum lucidum apparet. gō radii directi unum ferè punctum retinæ afficiunt.

2º. dispositio oculi talis ē ut noctu pupilla multùm dilatetur dum conspicimus o͞bta. gō lumen quod incidit in latera pupillæ reflectitur in orbem versùs retinam. illi autem radii reflexi afficiunt majorem partem retinæ quam radii directi. hinc illud capillicium qd̄ apparet in stellis.

3º. propter vividam sensationem quam excitat lux vivida stellarum, successivè contrahitur et dilatatur pupilla. hinc lumen illud apparet tremulum.

Dices. radii illi reflexi ō possunt excitare in retinâ commotionem sensibilem.

Rēo n̄o. rāo ē q̄a lumen illud reflexum incidit hinc indè in partem retinæ q̄æ ō afficitur ab ullo alio lumine. gō ō ē mirum cur fiat valdè

ſenſibile.

intelliges 1º ideò ſtellas nullum hēre capillicium ſi conſpiciantur trans teleſcopium ū papyrum tenuiſſimo foramine pertuſam, q̄a papyrus impedit ne radii incidant in palpebras et in latera pupillæ; teleſcopius autem ſic auget imaginem directam ſtellarum, ut radii reflexi non incidant ultrà partes retinæ æ lumine directo afficiuntur.

intelliges 2º. ſcintillationem ſtellarum oriri ex illarum capillicio. nam detracto capillicio ō ampliùs percipitur motus ille tremulus radiorum in quo, conſiſtit ſcintillatio.

intelliges 3º. lunam, martem, jovem, et ſaturnum ō hēre capillicium ſeu ſcintillaōnem, ū q̄a lumen illorum ō ē ſatis vividum ut validè afficiant retinam, ū q̄a illorum diameter apparens mār ē quam diameter apparens ſtellarum: quò fit ut radii reflexi à lateribus pupillæ ō afficiant mārem retinæ partem quam radii directi.

intelliges 4º cur ſol ō ſcintillet, nimirùm q̄a propter viciniam afficit maximam retinæ partem, extrà quam radii à pupillâ reflexi ō perveniunt.

intelliges 5º. cur mercurius videatur ſcintillare; q̄a ſcilicet 1º ob ſolis viciniam vegetum reflectit lumen. 2º mārem hēt diametrum apparentem quam cæteri planetæ. g̃o p̄ lumen

directum exiguam retinæ partem afficit.

Quæres 3º cur stellæ per diem non videantur, nisi spectator fuerit in loco obscurissimo, v. g. in puteo altissimo.

Resp. quia nullum est retinæ punctum in quod perveniant radii stellarum, quod vehementius non commoveantur à radiis solaribus sivè directis sivè reflexis. ergo impressio facta à sole, ut potè validior, debet inutilem reddere impressionem minus validam factam à stellis.

Quæres 4º quot sint classes stellarum.

Resp. septem sunt. prima classis comprehendit stellas majores, septima minimas.

Quæres 5º. quid sit via sancti jacobi seu via lactea.

Resp. est cœli tractus albicans et innumeris stellis confertus.

Quæres 6º cur noctibus hyemalibus et serenis plures et majores videantur stellæ quam noctibus æstivis.

Resp. 1º quia noctibus æstivis major vaporum copia est in aëre. 2º quia noctes hyemales sunt obscuriores. tunc enim sol est magis depressus infrà horisontem, quandoquidem major pars circuli diurni quem describit est infrà horisontem noctibus hybernis.

Quæres 7º quid sint illæ stellæ quæ de novo apparent, et post aliquod tempus evanescunt. quædam autem apparent tribus mensibus quædam anno, quædam biennio, quædam annis

circiter 30.

2°. varia sunt hac de re philosophorum sententiæ. quidam cum rixiolo nostro putant stellas hujusmodi habere unum hemisphærium lucidum, aliud verò opacum et circà proprium axem revolvi: eas autem à nobis tunc tantum videri quando obvertunt terræ hemisphærium lucidum. alii existimant illas esse vera et perpetua sydera undiquè fulgentia; easque tamen rarò apparere, quia vel magis distant quam ut videri possint, vel planetis quibusdam circùm ipsas volutis obteguntur.

articulus 3us.

de cometis.

præmitto 1° cometas sunt corpora lucida quæ interdùm sed rarò apparent in cælo. sic vocantur à comâ seu cæsarie quam videntur habere, quæ nihil aliud est quam tractus luminis diversimodè ordinatus pro vario solis aspectu. nam si cometa solem præcedat, radios emittit antrorsum, et dicitur barbatus. si vero solem subsequatur, radios emittit retrorsum et dicitur caudatus. si soli sit oppositus, radios undèquaque diffundit et dicitur

crinitus ō comatus.

premitto 2°. cometæ alii magis alii minus ab æquatore declinant, sed numquam ultrà ~ 44 gradus. illorum magnitudo apparens ē æqualis magnitudini apparenti martis, jouis et saturni, sed lumen ē debilius; ō enim magis fulgere videntur cælo maximè sexeno, qui planetæ ~ p̄ nebulam raram conspecti. tractus autem ō luminis cometæ adherens ē ità rarus, ut stellarum conspectum ō impediat.

thesis unica. cometæ st vera et perpetua sydera suos motus peculiares hentia.

pur 1° hent enim constantes et regulares ~ motus quemadmodum alia sydera, ità ut obser=vato p̄ aliquot dies illorum motu, certo plerum=què predicatur ab astronomis quem cursum ~ tenere deant. ∴ sunt vera perpetuaque sydera,

pur 2°. q̄a in illâ hypotesi benè explicantur q̄ ad cometas pertinent.

obēs 1°. ō p̄t explicari 1° cur cometæ heant lumen debilius quam stellæ fixæ. 2°. cur semper luceant pleno orbe. 3°. cur illorum magnitudo apparens ō sit semper eadem. 4°. cur modò tardiùs modò celeriùs videantur moveri. 5°. cur tandiù lateant, et p̄ tempus breve appa=reant.

R̄eo ad primum, rāo ē q̄a stellæ fixæ ~ propriâ luce fulgent, cometæ verò lumine reflexo.

ad secundum, rão ē q̄a moventur supra solem. g̅o totum hemisphærium illuminatum semper nobis obvertitur.

ad tertium, rão ē q̄a s̅t modò terræ viciniores, modò à terrâ remotiores. hinc initio et sub finem magnitudo illorum mir apparet, q̄a tunc magis distant à terrâ.

ad quartum, propter mãrem aut mirem cometarum à terrâ distantiam nunc tardiùs nunc celeriùs cometæ apparent moveri.

ad quintum, rão ē q̄a moventur in circulo excentrico, cujus pars maxima nimiùm distat à terrâ. g̅o ō s̅t conspicui quando describunt illam maximam sui circuli partem; quando verò s̅t in illâ excentrici parte q̄æ ē terræ vicinior, dent videri. sed cùm illa portio circuli minima sit, brevi percurritur, ac proindè intrà breve tempus dent evanescere cometæ.

obēs 2°. aliqui cometæ apparuerunt initio mares et sensim decrescentes. a̅q illud ō p̅t explicari.

R̃eo n̄o mirem et dico quosdam planetas ideò apparuisse illicò mares, q̄a priùs ō poterant observari eo q̄d immergerentur radiis solaribus ex quibus ō antè emerserunt quam ad perigæum pervenerint. g̅o tunc debuerunt initio mares et sensim decrescentes videri.

insbis. sed cur aliqui cometæ illicò evanuerunt postquam sensim pervenerunt ad summam magnitudinem.

Rēo q̄a cœperunt immergi intrà radios solares in suo perigæo, ac proindè ō potuerunt ulteriùs conspici nec decrescentes videri.

obēs 3°. si cometæ eent vera et perpetua sydera suos motus regulares hentia, poent certò prædici ab astronomis. falsum cons. nam dominus cassini prædixerat cometam quendam rediturum anno 1724 qui tm ō rediit; neque haud dubiē redibit alter cometa quem prædixit rediturum anno 1784.

Rēo disquo sequelam. poent certò prædici ab astronomis, si sufficienter cognoscatur circulus quem describunt, et illius circuli excentricitas coo. si ō exactè illud cognoscatur nō. certè idem cassinius prædixerat cometam fore retrogradum, qui reverà visus ē retrogedi.

insbis. saltem iidem cometæ dērent sæpiùs apparere.

Rēo post certum tempus eundem cometam dēre iterum apparere, et eundem reverà sæpiùs apparuisse testatur cassinius. sed tantus pt ēe circulus quem describit quilibet cometa, ut nondùm idem cometa bis totum suum circulum confecerit, ac proindè bis nondùm pervenerit ad illam sui circuli partem in quâ à nobis potest conspici, ū si fortè bis pervenit ad perigæum tunc immersus fuit radiis solaribus, ac proindè ō potuit à nobis conspici.

obies 4.º ōpt explicari cur cometa modò appareat crinitus, modò barbatus, modò caudatus.

Rēo ad primum, quando cometa soli opponitur tunc radii ō solum reflectuntur à corpore cometæ, sed etiam ab ipso liquido cometæ circumfuso. gō radii illi æqualiter ab ambitu cometæ provenientes dent exibere speciem capillicii.

ad secundum, quando cometa solem antecedit, tunc apparet barbatus, q̄a radii solares atmospheram cometæ subeuntes patiuntur refractionem, et magis colliguntur versus partem soli oppositam, undè reflectuntur ad nos p̄ varias atmospheræ partes, gō tractus luminis dēt tunc apparere in parte soli oppositâ.

ad tertium, quando cometa sequitur solem, apparet caudatus, q̄a lumen intrà atmospheram subiens patiendo refractionem colligitur in partem cometæ posticam, et reflectitur p̄ varias partes atmospheræ usquè ad oculos nōos.

intelliges 1.º cometas ō ēē meras apparentias luminis solaris in aëre reflexi et refracti; nam 1.º multi cometæ diu durant. 2.º iidem conspiciuntur ex diversis locis. 3.º oēs st. lunâ superiores, ut patet ex illorum paralaxi. āqilla oīa ō pōunt convenire meris illis apparentiis.

intelliges 2° cometas ō ēē exalaōnes infrà v̄
suprà lunam accensas. nam 1° exalationes illæ ō pount
ad tantam altitudinem ascendere. 2° exalaōnes illæ
nec pount diu durare nec hēre motus constantes
et regulares. 3° tanta ē magnitudo aliquorum
cometarum ut tota terra in vapores et exalaōnes
dissoluta ō ēet sufficiens ad efformandos illos
cometas.

intelliges 3°. cometas ō ēē quoquè conjunctiones planetarum aut plurimarum stellarum.
nam 1° planetæ vulgares ō moventur extrà zodiacum,
et cometæ sæpè videntur procul à zodiaco. 2° ō pt
concipi quomdo planetæ diversum hēntes motum possint
ita concurrere, ut p. plures menses maneant conjuncti, et cum iisdem incrementis et decrementis velocitatis moveantur, nec umquam c̄
videantur in separaōne discindi in plures partes.

intelliges 4° cometas ō ēē stellas maculis
obductas, et in aliis vorticibus perpetuò oberrantes. nam 1° nulla videtur causa illius novæ generaōnis cometarum. 2° in illâ hypotesi ō pt explicari v.g.
velocitas modò mār modò mīr cometarum et quarè
nunc caudati et barbati appareant.

Caput 4um


de astrorum paralaxi.

Quæres 1° quid sit paralaxis.

Rēo ē discrimen sivè distantia q̄ reperitur inter
verum alicujus syderis locum, et inter locum appa=

rentem ejuſdem ſyderis.

locus ſyderis verus ē ille in quo ſydus videretur, ſi aſpiceretur è centro terræ. locus apparens ē ille in quo ſydus apparet ēe quando è ſuperficie terræ conſpicitur. ut illud clarius intelligatur, ſit aliquis in centro terræ A, {parallaxis orbis annui} ita ut pro ſuo zenith habeat punctum firmamenti X. ſi è centro terræ A aſpiciatur aſtrum F, aſtrum illud videtur eſſe in puncto E. ſi autem



aſpiciatur è ſuperficie terræ B, videtur in puncto D. porrò illa diſtantia quæ ē inter punctum E verum aſtri locum et inter punctum D locum ejuſdem aſtri apparentem, illa inquam diſtantia dicitur paralaxis.

Quæres 2°. quænam ſit menſura paralaxis.

Resp. eo ē angulus qui fit in centro aſtri à duabus lineis ductis à centro terræ et ab oculo ſpectatoris uſquè ad centrum aſtri. nam quò major eſt ille angulus, major quoquè ē angulus illi ad verticem oppoſitus: æquales enim ſt illi anguli. atqui quò major ē angulus ad verticem oppoſitus, eò major ē arcus inter locum verum aſtri et locum apparentem.

go et sic.

Quæres 3°. an paralaxis alicujus astri sit modò maior, modò minor.

Rēo affirmativè. nam paralaxis ē omnium maxima quando astrum ē in horisonte: decresit autem paralaxis quò magis astrum suprà horisontem attollitur, donec penitùs nulla sit, quando scilicet astrum verticaliter incumbit capiti spectatoris, tunc enim lineæ ductæ à centro terræ et ab oculo spectatoris usquè ad centrum astri cöincidunt et coalescunt in unam et eandem lineam. eædem autem lineæ divaricantur ab invicem quo magis astrum ad horisontem accedit.

Quæres 4°. an cognito loco vero et apparente alicujus astri cognoscatur illius paralaxis.

Rēo affirmativè. paralaxis enim ē arcus firmamenti inter locum verum et apparenti astri interceptus. cognito autem loco vero et apparente cognoscitur quantitas arcûs intercepti. nam cognito loco vero et apparente, cognoscitur angulus quem efformant lineæ ductæ à centro terræ et ab oculo spectatoris usquè ad centrum astri, qui angulus sumitur hìc pro unâ et eâdem re cum arcu intèr verum et apparentem locum intercepto. cognoscitur autem ille angulus, quia lineæ à centro terræ et ab oculo spectatoris usquè ad centrum astri ductæ, simul cum semidiametro terræ efficiunt triangulum cujus duo anguli inter semidiametrum et inter illas lineas comprehensi sunt cogniti. go 3us angulus qui ē in centro astri facilè cognoscitur. cōa ē evidens apud geometras. nam tres anguli cujusque trianguli sunt æquales

duobus angulis rectis. g̃o cognitis duobus angulis quas efformant duæ illæ lineæ cum terræ semidiametro facilè cognoscetur tertius angulus.

Quæres 5º: an distantia syderis toties cognosci possit quoties illud astrum hēt paralaxim sensibilem.

R̃eo affirmativè. rāo ē q̃a distantia syderis ē longitudo lineæ ductæ ab oculo spectatoris usquè ad centrum astri. cognitâ autem paralaxi sensibili alicujus astri cognosci p̃t longitudo illius lineæ. nam illa linea ē unum latus trianguli cujus oēs anguli simul cum uno latere cogniti st. āq quotiescumque dati trianguli cognoscitur unum latus et duo illius anguli, reliqua duo latera facilè cognoscuntur ut demonstrant geometræ.

aduerte illam distantiam pōe tm cognosci quandò paralaxis ē sensibilis. nam cùm paralaxis sit eò mīr quò mār ē distantia syderis, tanta p̃t eē alicujus astri à terrâ distantia, ut illius parallaxis sit insensibilis, si nempè terræ semidiameter respectivè ad tantam distantiam sit instar puncti. tunc enim perindè ē ac si duæ lineæ, de quibus suprà ab eo puncto ducerentur. undè ō p̃t cognosci distantia stellarum, cùm ō hēant paralaxim sensibilem.

Quæres 6º an cognitâ syderis distantiâ et diametro apparente, possit cognosci vera syderis magnitudo.

R̃eo affirmativè. q̃a juxtà leges opticæ determinantur oīa crementa et decrementa magnitudinis apparentis alicujus corporis in quibuscumque distantiis determinatis.

aduerte vix pōe exactè determinari distantiam

et magnitudinem absolutam planetarum, qa 1º exceptâ lunâ, reliqui planetæ hent paralaxim vix sensibilem, 2º qa refractiones luminis æ fiunt in atmosphærâ terræ multum pount impedire exactam hujusmodi cognitionem. 3º defectu instrumentorum æ plerumque satis exquisita ō st, cum vix ullum reperiatur qd ō tantillum deviet à lineâ rectâ. ex levissimâ autem deviatione in tantâ planetarum distantiâ satis magni pount oriri errores. 4º obta lucida ob validam impressionem, majorem quam par sit imaginem sui depingunt in retinâ. hinc fit ut tam variæ sint circa magnitudinem et distantiam planetarum sententiæ astronomorum ut vix unus cum alio congruat.

Quæres 7º an sydera influant in corpora sublunaria producendo in illis varios effectus.

Reo affirmativè. mediante enim lucis et caloris diffusione pount præstare quosdam effectus. ita calore solis frondescunt arbores, maturescunt fructus, &c.

Quæres 8º an sydera influant directè in hoium voluntates.

Reo negativè. nam alioqui tollerent hominis libertatem, inducerent fatalem necessitatem; qd ē contrarium experientiæ et hereticum.

inferes astronomos ex contemplatione syderum ō poe certo prænuntiare contingentia liberè futura. at, inquies, astrologorum prædictiones non numquam confirmant eventus, respondeo enim multa etiam ab astrologis prænuntiari quorum

falsitatem ostendit eventus contrarius.

Disputatio 2a.

de corporibus sublunaribus inanimatis.

agendum hic 1º de aëre, 2º de igne 3º de aquâ. 4º. de terrâ.

Caput 1um

de aëre.

disceremus hic 1º de nâa et proprietatibus aëris, 2º de meteoris aëreis et aquosis. 3º de meteoris ignitis. 4º de meteoris splendentibus lumine alieno.

articulus 1us

de nâa et proprietatibus aëris.

thesis 1a aëris molecula st perexigua.

pur. pervadunt enim poros papyri communis non madefacta sed exsiccata, ut vidimus agendo de suspensione mercurii in barometro.

thesis 2a aër multum rarefieri pt.

pur. testante enim domino mariotte sic quandoque adhibitâ arte dilatatur ut ipsius volumen fiat quater

millies majus. testantibus autem aliis tredecies millies majus.

Thesis 3ª. aër inclusus corporibus est multò magis addensatus quam in atmosphærâ.

probatur. 1º observavit dominus mariotte aërem eductum ex aquæ guttulâ et deindè refrigeratum dilatari in volumen novies majus volumine illius aquæ. ergo aër multò magis est addensatus in aquâ (ac proindè in aliis corporibus) quam in atmosphærâ.

2º. Si quatuor pulveris pyrii grana in tubo vitreo accendantur ope speculo ustorii, cum post inflammationem refrigeratus fuerit aër eductus ex illis granis, volumen ipsius erit ducenties majus volumine granorum pulveris pyrii.

Dices. non concipitur quarè aër intestinus seu immixtus corporibus sit magis addensatus quam exterior et circumfusus.

Respondeo 1º transeat antecedens, nego consequentiam. experientiâ enim constat aërem eductum è corporibus plurimùm dilatari, adeòque esse magis addensatum in corporibus. nam alioqui non posset sese expandere vincendo et comprimendo aërem exteriorem.

Respondeo 2º nego antecedens. nam illud oriri potest 1º ex inæqualitate basium. 2º ex calore.

instabis 1º sed quomodo ex inæqualitate basium?

Respondeo nimirùm aër exterior agit in majorem basim quam aër interior. ergo cùm vis liquidorum sit eò major, cæteris paribus, quò major est basis, aër exterior habet majores vires. ergo debet prævalere aëri interiori, illum

ſcilicet comprimendo, donec exceſſus condensaõnis aëris interioris rẽat exceſſui baſis aëris exterioris.

insbis 2°. ō intelligitur quomodò aër exterior agat in marem baſim.

Rẽo nõ aẽns. ſint enim v. g. duæ corporis moleculæ vicinæ ità diſpoſitæ et ab invicem ità distantes ut ſit tn aër in cavitate mediâ, ō verò in cavitate extremorum ut potè ſtrictiori, evidens ē qd tunc aër exterior agat in majorem baſim, quandoquidem agit in totam ſuperficiem exteriorem, aër verò interior agit tn in partem ſuperficiei interioris.



insbis 3°. ſaltem ō intelligitur quomdo calor poſſit condensare aërem immixtum corporibus. nam è contrà dẽt illum dilatare.

Rẽo nõ aẽns et dico qd calor p̄ ſe dilatet ſemper aërem, et qd tn p̄ accidens illum quandoque comprimat, quatenùs nempè aër calore dilatatus dum ſeſe expandit comprimit aërem vicinum. ſit enim in aliquo corporis poro molecula aëris ā calore dilatetur, molecula illa dum ſeſe expandet removebit latera pori, ita ut ampletur porus: qd ō p̄t fieri quin coarctentur pori vicini, ac proindè quin comprimantur moleculæ aëris poris illis incluſæ.

insbis 4°. ceſſante calore illius moleculæ, dẽnt moleculæ compreſſæ ſeſe restituere. go &c.

Rēo n̄o æns. latera enim pororum quibus illæ moleculæ includuntur poūnt ità rigeſcere, corpuſcula ædam poūnt ità aptè intricari illis lateribus, ut ∽ latera illa invincibiliter resistant actioni molecularum compreſſarum.

insbis 3ᵒ. gratis ſupponimus illum calorem.

Rēo n̄o æns. nam oīa corpora dura formantur v̄ in igne v̄ in ſinu terræ ignibus ſubterraneis calefactæ. eorum ignium vi et calore ſuccus nutricius ſimul cum äëre quem includit cogitur ſubire venas plantarum capillares, licet ſuccus ille ſit ex ſe magis expansus quam illæ venulæ.

thesis 4ª. äër constat partibus ramosis cum aliquâ rigiditate flexibilibus.

p̄ur. 1ᵒ constat partibus ramosis. ſic enim facilè concipitur quomodo poſſit magnopere dilatari. nam propter illos ſeu ramuſculos quibus abundat, p̄t ſicuti lana ad magnum ſpatium coextendi. 2ᵒ. constat partibus cum aliquâ rigiditate flexibilibus. nam alioqui ō poēt comprimi, nec post compreſſionem in pristinam laxitatem ſe restituere.

thesis 5ª. äëris moleculæ videntur constare filaminibus in ſpiras contortis, è quibus prodeant villi hamati.

p̄ur. 1ᵒ ſi filamina äëris in ſpiras complicentur, facillimè concipietur cur äër tantopere v̄ coarctari v̄ dilatari poſſit. 2ᵒ. ſi filamina ſint hirſuta, äër faciliùs etiam concipietur aptus ad deferenda quoquo verſum variorum

corporum elementa ſeu corpuſcula: poterunt enim
facilius adhaerere ipſius villis hamatis.

Dices. ſed quomodo aër poterit exuere et
deponere illa corpuſcula in alia corpora.

R̄eo illud fiet tum propter varias aëris
agitãones, tum q̄a corpuſcula illa intritabun=
tur pariter cum partibus illorum corporum.
tunc enim aër illis ſpoliabitur quemadmo=
dum cadavera enatantia propter aquae com=
mõones induviis et vestibus exuuntur.
caeterum aër iis corpuſculis exutus elaterio
ſuo ea urgebit in corporum denſitatem.

thesis 6a. ſumma ē aëris elaſticitas.

p̄ur. globi enim aenei tormento bellico
exploſi hent multo et multo majorem molem
quam aër, et t̄n ejus elaterio pelluntur
cum velocitate maximâ.

Quaeres 1o. quomodo aether poſſit conferre
ad elaſticitatem aëris.

R̄eo 1o. aether incurrens in ſuperficiem
convexam pellit ad mutuum contactum partes
illius ſuperficiei diductas: aether autem incur=
rens in ſuperficiem concavam repellit a
mutuo contactu partes quae ad ſe p̄ inflexio=
nem acceſſerant. et vero aether ō pellit
partes aëris niſi ſecundum perpendiculares
ad puncta contactus: perpendicularis

autem ætheris incurrentes in ſuperficiem convexam tendunt à circumferentiâ ad centrum. ergo ad ſe accedunt. ergo per illas directiones partes impulſæ pellentur ad ſe: è contra perpendiculares ætheris incurrentis in ſuperficiem concavam tendunt à centro ad circumferentiam. ergo recedunt à ſe mutuò. ergo particulæ illius ſuperficiei repelluntur à ſe mutuò per illas directiones. . . 2° maſſaætherea ſivè ſubtilis ſivè globuloſa potest etiam fortaſſe conferre ad elaſticitatem aëris propter rationes quæ ab aliis vulgò afferuntur.

Quæres 2° an aër quem ſpiramus ſit purus.

Respondeo negativè. innumeris enim corpuſculis heterogeneis refertus esse debet propter magnam copiam vaporum et halituum è corporibus terreſtribus continuò in aëra erumpentium.

Hinc aër est exitialis in quibuſdam locis, et ſaluber in aliis. imò in eodem loco modò est ſaluber modò exitialis, prout corpuſcula è mineralibus, plantis, et aliis corporibus exalata ſalubria ſunt vel noxiva.

Quæres 3° in quot partes ſeu regiones atmoſphera ſivè aër terram ambiens dividatur ſecundùm altitudinem.

Respondeo in tres dividitur, ſupremam ſcilicet, mediam et infimam. infima regio aëris est

craſſior, gravior et calidior. 1.° aër ibi ē craſſior ob vapores et expiraōnes corporum terrestrium. 2.° ē denſior et gravior propter compreſſionem partium ſuperiorum. 3.° ē calidior tum propter calorem in ſuperficie terræ à radiis ſolis reflexis excitatum, tùm propter calorem terræ internum et halitus calidos è terrâ continuò erumpentes. aër verò ſupremæ regionis rariſſimus ē et frigidiſſimus; rariſſimus quidem propter multò minorem compreſſionem aëris incumbentis et propter defectum vaporum et exhalationum; frigidiſſimus verò propter defectum reflexionis caloris, et propter defectum halituum calidorum. media autem aëris regio ſtatum medium tenet inter ſupremam et infimam.

Quæres 4.° quanta ſit altitudo atmoſpheræ.

Rēo de hoc ō convenit inter phiſicos. alii volunt eam ēē ſexdecim leucarum, alii quindecim, alii ſex, alii magis, alii minus. undè intelliges illud ō p̄ exatè cognoſci.

articulus 2.us

de meteoris ſive de ſublimibus aëreis et aquoſis.

hic 1.° agemus de vaporibus et exalationibus, 2.° de nubibus et nebulis. 3.° de pluviâ, nive, grandine &c. 4.° de ventis.

paragraphus 1.us

de vaporibus et exhalaonibus.

Quæres 1.º quid sint vapores, quid exhalaones;
Rẽo 1.º vapores st particulæ aquæ tenuissimæ.
vapores enim collecti componunt aquam sensibilem,
gº erant anteà tenues aquæ particulæ, imò tenuis=
simæ: nam alioqui ō poent intrà aërem assurgere.
ut enim assurgant, dent unà cum maã subtili
quâ circumvolvuntur constituere unum totum
levius aëre. . . 2.º exhalaones st particulæ
corporum terrestrium subtilissimæ in aërem
sublatæ.

Quæres 2.º ӕnam sit causa cur vapores
separentur ab aquâ, et exhalaones à corpori=
bus terrestribus.

Rẽo multiplex pt causa assignari, 1.º quidem
radii solares p calorem quem communicant: dent
enim particulæ propter illum calorem attenuari
et avolare. 2.º calor internus terræ et variæ
fermentaones ꝙ in illa fiunt. 3.º motus conti=
nuus maæ subtilis.

Quæres 3.º ӕnam sit causa ascensûs vaporum
et halituum.

Rẽo præcipua assignari solita ē gravitas aëris.
nam sicuti lignum in specie levius aquâ intrà
illam ascendit, ità similiter vapores et halitus
aëre leviores ascendunt intrà aërem. vide quæ
diximus agendo de levitate.

Dices, particulæ tùm aquæ tùm corporum
terrestrium ex quibus constant vapores et

exhalaones st graviores aëre, ergo non possunt ascen-
dere propter gravitatem aëris,

Reo disquo aëris: particule illæ seorsim sumptæ,
cõo: simul sumpte cum laminâ mae subtilis, non,
sicut enim parva ferri massa conjuncta cum
ligno levissimo constituit totum levius aquâ
cui supernatat, ità ælibet ex illis particulis
conjuncta cum laminâ mae subtilis quâ circum-
volvitur componit totum levius aëre.

insbis. sed quare particulæ vaporum et ex-
halaonum ambiuntur crustulâ mae subtilis.

Reo propter illarum dissociationem cum aëre.

intelliges 1.° vapores et exhalaones altius
suspendi quò constant particulis exilioribus,
rao e qa lamina mae subtilis e mediat inter
illas particulas et aërem e semper ubique
ejusdem crassitiei, ergo mar debet ee, sive debet
here marem raonem respectivè ad illas par-
ticulas quo illæ particulæ st exiliores. quò
enim st exiliores, eò marem hent in propor-
tione superficiem, ergo tunc lamina materia
subtilis quâ involvuntur e respectivè mar.
è contra si particulæ illæ sint mares, habent
mirem in proportione superficiem. ergo lamina
mae subtilis illas involvens e respectivè mir.

intelliges 2.° vapores magnam here vim ad
dilatanda et inflectenda corpora etiam
durissima. 1.° qa insinuant sese intra illorum
poros, ad instar totidem cuneorum, impellente

præſertim aëre. 2.º q̃a dant occaſionem mæ subtili vires ſuas exerendi dum conatur tranſire p̃ poros corporum illis particulis clauſos. hinc p̃ vapores inflectuntur aſseres et contrahuntur funes, ita ut appensa elevent ingentia pondera.

paragraphus 2.us
de nubibus et nebulis.

thesis unica. nubes et nebulæ st vapores collecti et in aëre ſuspensi.

pr. q̃a reſolvuntur in pluviam.

cæterum nebulæ ō differunt à nubibus nisi q̃a st terræ viciniores ac proinde ē graviores. p̃ nebulam enim nihil aliud intelligitur quam denſa congeries vaporum propè terram consistens.

Dices. ō p̃t explicari 1.º quomodo fiant nubes, ſeu quomodo vapores colligantur in nubem. 2.º quomodo fiant nebulæ. 3.º undè oriantur nebulæ illæ q̃æ aliquandò subitò fiunt in montibus ubi ſcaturiunt fontes. 4.º quarè nubes et nebulæ ſolem obscurent.

Rēo ad primum, colliguntur variis modis. 1.º si ex eodem loco ſurſum emittatur ingens copia tenuiorum aquæ particularum. hinc nubes plerumquè oriuntur à mari. 2.º aliquandò venti è plagis oppoſitis ſpirantes, vapores intermedios colligunt in nubem. 3.º ventus à ſummo deorſum ſpirans — partes aquæ ſuperiores ad inferiores cogit accedere, et ſic concreſcit nubes. 4.º ventus aliquandò impellit vapores horiſontales verſus juga montium, ubi cum ō

liceat ulterius progredi, fit congeries vaporum nubem constituens.

ad secundum, nebulæ oriuntur ex magnâ copiâ vaporum, et ex frigore infimæ regionis aëris illas condensante. numquam enim apparent nebulæ nisi duo illa concurrant. hinc æstate ē quidem magna copia vaporum, sed deficiente frigore ō condensantur in nebulas, sed vi caloris disperguntur. hyeme verò ē quidem frigus sufficiens, sed ō ē semper ea magna copia vaporum. verno autem tempore frequentiores ſt nebulæ, q̄a concurrunt hæc duo q̄ diximus.

ad tertium, nebulæ illæ fiunt subitò in eis montibus, q̄a in visceribus montium ubi scaturiunt fontes ampla ſt aquarum receptacula ē quibus propter calorem erumpit ingens particularum aquearum copia, q̄ dum ascendunt condensantur in aëre frigido, et aliæ aliis conjunguntur.

hinc 1.º fiunt constanter nebulæ tempore frigido juxtà stagna, flumina, et in iis locis q̄ uberem suppeditant copiam particularum aquæ sursum ascendentium. sicut quando ex eodem loco diù multus erumpit fumus, propè eum locum concrescit nebula ex fumo.

hinc 2.º ō ſt nebulæ flante vento valido, quia partes aquæ facilè dissipantur.

hinc 3.º dissipantur nebulæ p̄ solem meridianum, q̄a fiunt rariores, ergō dent sursum ascendere aut aliò transferri.

ad quartum, rāo ēqa radii solares inciden=
tes in vapores partim refringuntur, partim e,
reflectuntur, qō dent ad nos usque pervenire ē
pauciores et debiliores. et verò cum globuli aquei
quibus constant nubes ō sint contigui, radii sæpiùs
transeüntes ex aëre in globulos et ex globulis in
aërem patiuntur varias refractiones.

Quæres, an nubes constent particulis aquæ
congelatis.

Rēō verisimile videtur nubes altissimas cons=
tare ejusmodi particulis. nam aër longè à terra
frigidissimus ē, ut patet ex nive q̄ toto anno cō
contegit montes altissimos. igitur si aër in monti=
bus gelu constringit ingentem aquæ molem, à
fortiori aër adhuc sublimior constringet exilissimas
partes aquæ. prætereà sic melius explicatur quomodo
diutiùs durent nubes quin resolvantur in pluviam.

paragraphus 3.us

de pluviâ, nive, grandine, &c.

thesis 1.a pluvia fit ex vaporibus nubis in
guttulas sensibiles coalescentibus.

pur. si enim vapores colligantur in majores
guttas, guttæ decident et erit pluvia. rāo ē qa
quando minutissimæ guttulæ in unam guttam
majorem coalescunt, tunc ista gutta maj fit gravior
aëre: hēt enim minorem respectivè superficiem, ac—

proindè miri in proportione copiâ mae ſubtilis circumvolvitur.

Dices: ō pt explicari 1º quarè guttæ minutiſſimæ in guttulas majores coaleſcant. 2º. cur tempore sereno grandiores ſint pluviæ decidentis guttæ. 3º. cur pluviæ uberiores ſint æstate. 4º cur frequentiores ſint in quibusdam locis.

Reo ad primum, ū nubes constat vaporibus ō congelatis, ū vaporibus congelatis, ſi constet vaporibus ō congelatis, minutiſſimæ guttæ in guttas sensibiles pount concreſcere ū ob ventos certo modo ſpirantes, et vapores in unum colligentes. hinc fit ut ventus plerùmque pluvias adducat; ū ob frigus aërem ſimul et vapores condensans; sic vapores in capitello halendici, ob frigus externum condenſantur et resolvuntur in guttas; ū denique ob novum effluxum vaporum, quibus in aſcensu occurrentibus fit ut coaleſcant plures in unum et decidant in guttas.
Si nubes constent vaporibus congelatis, reſolvi pount in pluviam à calore p quem eliquantur. pount autem eliquari particulæ illæ congelatæ 1º à vento calido ſpirante ab imo ſurſum. 2º. ab aliquibus calidis halitibus è terrâ ſurſum emiſſis. 3º ſi flocci congelati graviores facti decidunt in eum locum ubi aër calidus ēē pt.

hinc fit ut dum ningit in montibus, ſæpè pluat in locis campeſtribus, q͡a flocci nivei nubium dum in campeſtria loca ſeparati decidunt, liquantur occursu aëris calidioris.

ad ſecundum, dum tranquillus ēſt aër nubes quæ liquatur et decidit minus dividitur: q͡d ſi tunc non ſit tranquillus aër, ſi venti oppoſiti qui ſolito magis nubes colligunt.

ad tertium, rāo ē q͡a calor ingens marem elevat vaporum copiam. preterea æſtate pluvia maribus plerumque conſtat guttis, tùm q͡a vapores quando ſunt copioſiores magis colliguntur, tùm q͡a guttæ ex mari altitudine cum diversâ velocitate decidentes conjunguntur plures, tùm q͡a calor æſtivus celeriùs liquat nubes quæ proindè grandiores in guttas abeunt.

intelliges. cur ſi aër aut ventus parùm calidi ſint, nubes ſenſim liquetur, q͡a tunc multæ guttæ ſimul jungi ō poſſunt. idem contingit ſi nubes quando eliquatur parùm diſtet à terrâ: hinc fit ut hyeme guttæ pluviæ ſint exiliores.

ad quartum, rāo petitur ex vario locorum illorum ſitu.

Dices iterùm. ō pt explicari quomodo particulæ vaporum congelatæ ſeu flocci nivis quibus conſtant nubes congelatæ fiant graviores, ac proindè quomodo poſſint deſcendere ad eum locum ubi aër calidus ēē pt et nubem reſolvere in pluviam.

Pbo 1.° radii solares in superiorem floccorum superficiem diu incidentes, eam eliquant, sicut apud nos dum frigus maxime sævit, sol eliquat superficiem nivium, nix eliquata fluit ad inferiores partes nivis ibique gelu induratur. similiter quando eliquatur in floccis nubium 1.° fluit ad interstitia relicta inter partes rigidas quibus constant illi flocci. 2.° ex iis expellit maam subtilem. 3.° ibi congelascit, et ea interstia minuit aut replet. atque ità flocci fiunt graviores, tùm qa fiunt densiores, tùm qa illorum partes mi/ri copiâ maæ subtilis circumvolvuntur. istis eliquationibus repetitis, flocci graviores facti decidunt in eum locum ubi aër calidus ēē pt.

2°. singuli flocci in superficie parùm eliquati et calore parùm agitati, pount in se plures incurrere, uniri, et constituere molem graviorem, quam si singuli separati eent suspensi.

thesis 2ª nix ō differt ab iis floccis qui à nubibus separantur, et inter decidendum ō liquantur.

pur. nubes plurimæ nihil aliud st quam vapores congelati, sivè congeries nivis tenuissimæ. gº si flocci à nube separati in descensu non liquentur, speciem nivis usquè ad superficiem

terræ retinebunt. hinc in montibus excelsioribus nix frequenter cadit hyeme, quia à nube usque ad montem aër frigidus est; iidem verò flocci nivis sub pluviæ formâ decidunt in valles, quia nempè liquantur transeundo per aërem infimæ regionis, qui aër plerumque calidus est.

Dices. nondùm intelligitur quomodo illi flocci fiant aëre graviores, et à nube separentur.

Reo quando aër aut ventus aut halitus in illos floccos incidentes sunt ità pariùm calidi ut possint eliquare non floccum totum, sed exiliores partes ratione quarum flocci jungebantur, et ratione quarum ut potè circumvolutarum materiæ subtili, flocci fiebant leviores aëre, istis partibus eliquatis, flocci graviores facti et separati cadunt in terram, et nigere dicitur. flocci enim nihil aliud sunt quam exiles aquarum guttulæ congelatæ, et fortuito occursu variis modis unitæ.

Thesis 3ª grando nihil aliud est quam guttæ pluviæ in descensu congelatæ.

explicatur et probatur. quando nubes liquatur, plures guttæ, ut diximus in guttas majores coeunt quæ fiunt in pari mole aëre graviores. porrò si guttæ illæ inter decidendum transeant per aliquem aërem inferiorem vento boreali aut aliter intensè

refrigera~~tur~~ntur tunc, illæ guttæ congelantur et dicitur grandinare.

Dices 1° ō p̄t explicari undè proveniat diversitas grandinis tùm rãone molis, tùm perspicuitatis et figæ.

Rẽo ad primum, grando aliquandò major, aliquandò mı̄r ē prout nubes ē altior. nam flocci nivis liquati in descensu solent augeri alii in alios incurrendo: gō prout nubes ex quâ decidunt altior ē, magis aut minus augeri det illorum moles.

ad secundum, si flocci congelentur postquam fuere oïo liquati, grando hebit perspicuitatem. si verò congelenter antequam superficies interior sit liquata grando ō erit oïo pellucida quia quod interius liquatum ō ē, servat suam opacitatem.

ad tertium, si flocci partim ṽ omninò liquati in se mutuò incurrant et conjungantur, pro vario illo occursu, et varia partium diversã conjunctione, varias referent figas.

Dices 2°. ō p̄t explicari cur grando minus noceat plantis et fructibus quando cadit simul cum pluviâ.

Rẽo rão ē qa tunc grando minus ē dura, ac proindè minus lædit lapsu suo. 2° qa eliditur motus grandinis p̄ guttas pluviæ. 3°

q̄a guttis pluviæ abluuntur exhalationes noxiæ, q̄æ si remanerent in vulnere facto, multùm nocerent plantis et fructibus.

thesis 4a. ros matutinus nihil aliud est quam vapor rarus et tenuis, ō congelatus quidem, sed nocturno aëris frigore in tenuissimas guttulas concretus.

pūr. vapores enim facilè poſſunt in guttulas exilissimas concrescere propter aërem noctu refrigeratum, ac proindè manè decidere.

hinc 1o. vere et autumno ros cadit uberior quam reliquis anni tempestatibus; tunc enim ē sufficiens calor ut vapores attenuati et rarefacti sursum attollantur, et nocte frigus sufficiens ad illos condensandos.

2o. propè flumina et paludes ros ē uberior, propter majorem copiam vaporum ascendentium.

3o. in foliis plantarum ros fit magis sensibilis propter collectionem plurium guttularum q̄æ statim absorbentur à terrâ siccâ aut ab aliis corporibus.

thesis 5a. pruina nihil aliud ē quam roris vapor in descensu congelatus.

pūr. pruina ō cadit nisi quando noctes st frigidiores ut ineunte vere, aut exeunte autumno. āq guttæ roris tunc temporis cadentes dent congelari ab aëre refrigerato.

theſis 6.ª aura ſerotina nihil aliud ē quam vapor halitibus permixtus post occaſum ſolis decidens.

pūr. ob magnos diei æstus ō ſolùm vapores surſùm attolluntur, ſed etiam plurimi halitus, è plantis, è terrâ, è mineralibus exalati. hujusmodi vaporibus permixti dent decidere paulò post occaſum ſolis; cùm enim ſint paulò leviores aëre ſufficienter condenſantur modicâ aëris refrigeraōne ut decidant.

intelliges. 1º cur noxia ſit aura ſerotina, nempè propter permixtionem diverſorum halituum.

2º. cur in quibusdam locis ſit magis noxia, nempè propter halitus magis noxios.

3º. cur hyeme et æstate ſit minus noxia: q.ª ſcilicet hyeme pauciores aſcendunt halitus defectu caloris et fermentaōnis. æstate verò fervidâ, propter vehementem calorem particulæ exhalationum magis comminuuntur: ſic attenuatæ, minus ſt noxiæ. præterea tunc temporis in multo miri copiâ decidit aura ſerotina propter calorem qui etiam noctu perſeverat.

paragraphus 4.us
de ventis.

ventus nihil aliud ē quam sensibilis commoo aut fluxus aëris ab uno atmosphere tractu ad alium.

thesis 1.a causa ventorum in genere est maior v. minor gravitas aut pressio aëris in certâ aliquâ regione quam in aliâ.

prbr. nam per majorem gravitatem aut pressionem aëris in uno certo loco fit ut aër sensibiliter moveatur ab uno loco in alium. ergo &c. prbr. ant. s: nam quâ proportione aër in uno certo loco ē gravior v. magis premitur; debet etiam majori vi incumbere in aërem vicinum, illumque impellere. ergo &c.

thesis 2a. à diversis causis potest oriri major vel minor gravitas aut pressio aëris; ac proinde multiplex ē causa ventorum.

prbr. 1.o quidem oritur ventus ab inaequali rarefactione aëris. nam quando actu fit magna rarefactio aëris in aliquâ regione, aër qui rarefit, extendendo se ad majus spatium, necario impellit aërem vicinum, praesertim in eam partem in quâ minor ē resistentia. quando autem jam facta ē rarefactio aëris, columna vicina aëris densioris per vim elasticam conatur restituere se versus aërem vicinum rariorem.

q͞d fieri n͞o p͞t sine variâ aëris agitat͞oe, ac proindè quin excitetur ventus.

confirmatur. aër exiens è camino ignis aliquem ventum excitat propter ipsius rarefactionem. similiter aër exiens ex eolipilâ aquæ plenâ et igni suppositâ, ventum efficit celerrimum. g͞o &c.

Cæterùm illa inæqualis rarefactio aëris oritur ex eo q͞d sint q͞dam regiones ad quas radii solares magis directè pertingunt quam ad alias: q͞dam etiam illuminantur aliis n͞o illuminatis, ac proindè magis incalescunt. præterea, st quædam plagæ q͞ melius quam aliæ reflectunt radios solis in aërem, g͞o in illis d͞et m͞ar fieri rarefactio aëris.

2.° oritur ventus à vaporibus et exhalat͞oibus sursum erumpentibus. nam 1.° quando actu è terrâ erumpunt, si magna sit eorum copia, aërem commovent et impellunt, ac proindè ventum excitant: quemadmodum imber decidens in aliquem locum, ventum excitat in locis vicinis. 2.° quando vapores et halitus jam erupere atque in aëre respersi st, n͞o p͞ount v͞ calore dilatari v͞ frigore condensari sine aëris commotione. si enim dilatentur, aërem vicinum magno impetu propellunt in ambitum, et præsertim versus illam partem in quâ m͞r ē resis=

tentia. si condensentur, aër è locis vicinis versus eam partem dēt accedere, ac proindè agitari.

confirmatur. vapores in eolipilâ rarefacti et magno impetu exeuntes excitant ventum. g° à pari &c.

cæterùm vapores et halitus ex aliquâ regione sursum in magnâ copiâ erumpentes oriuntur à subitâ et vehementi fermentatione in eâ regione excitatâ.

3°. oritur ventus à subito nubium descensu; nubes enim ingentes ō pōunt celeriter descendere, præsertim si sint sublimiores, quin excitent in aëre commotionem.

obes 1° ō pt explicari 1.° cur in zonâ torridâ spiret continuus ventus ab oriente in occidentem. 2°. cur in zonis temperatis spiret ventus perennis ab occidente in orientem. 3°. cur certi quidam venti statis temporibus in certas regiones incurrant.

Rēo ad primum, rāo ē qa radii solis o.o. directi rarefaciunt successivè aërem ab ortu ad occasum. undè rarefactio ā fit actu sub sole impellit aërem anteriorem versus occasum, et aër posterior qui fuerat rarefactus impellitur ab aëre denso magis orientali versus occidentem. g° aër orientalis dēt perpetuò

incumbere versus aërem occidentalem, ac proindè ventus det solem subsequi.

ad secundum, rão petitur à refluxu aëris qui continuò in zonâ torridâ movetur ab oriente in occidentem, et qui ubi impingit in littora et montes africæ et americæ, det ab iis reflecti, sicuti dum cymba movetur in lacu ab oriente in occidentem, aqua refluit p latera ab occidente in ortum.

Dices. aër ille pt reflecti versus zonas frigidas aut versus torridam. go ō det reflecti versus zonas temperatas,

Rẽo nõ ātns. 1º quidem ōpt reflecti versus zonam torridam propter motum contrarium aëris zonæ torridæ qui movetur ab oriente in occidentem. 2º ōpt reflecti versus zonas frigidas, qa in illis zonis propter obliquitatem radiorum solis et maximam nivium copiam aër frigidior ē et densior, ac proindè magis resistit.

ad tertium, cùm sol successivè percurrat oïa signa zodiaci et moveatur ab uno tropico ad alium, det successivè rarefacere aërem. go quando sol ē in parte boreali, det aër maximè condensari in parte australi. undè flare det ventus à parte australi; quando verò sol ē in parte australi, debet ventus spirare à parte boreali propter rāonem contrariam.

obes 2°. ō pt explicari 1° quarè motus ventorum ō sit equabilis. 2°. cur venti alii sint calidi, alii frigidi, alii salubres, alii insalubres. 3°. quomodo excitentur ventorum turbines seu typhones.

Rēo ad primum, inequalem ventorum motum oriri ū à certis locorum dispositionibus et impedimentis ā ibi reperiuntur; sicut excitantur fluctuationes in medio aquarum, si illarum cursui opponatur magna moles: ū ab inequali vaporum et halituum eruptione et exalaone: ū à mari aut miri nubium depressione.

ad secundum, venti st calidi aut frigidi, salubres aut insalubres, ū propter loca in quibus excitatur ventus et p̄ ā transit, ū propter diversas causas à quibus excitatur, ū raone effluviorum ā aëri permiscentur.

hinc. 1° venti australes st calidi; qui vero à polis spirant, frigidi. 2°. permixtione halituum fiunt calidi, et permixtione vaporum fiunt frigidi aut saltem humidi, et raone illorum halituum aut vaporum salubres st. ū insalubres. 3°. cœteris paribus, calidiores st si inequaliter spirent, q̄ā inequalis ille fluxus aëris aptissimus ē ad excitandum ū fovendum motum vibratorium in partibus corporum in quæ

incurrit; continuus verò et æqualis fluxus aëris extinguit motum vibratorium,

Dices. cur igitur auster calidus ē simul et humidus,

Rēo 1.° q̄a spirat ex africâ ubi halitus maximè fervidi attolluntur, 2.° q̄a transiens p̄ mare mediterraneum multos secum vapores devehit.

insbis. aliquandò tm̄ auster ē frigidus et siccus in quibusdam regionibus,

Rēo illud contingit q̄a aliquandò transit p̄ loca nive cooperta, et longè à mari progressus deposuit vaporum particulas quas secum deferebat.

ad tertium, ventorum turbines seu typhones pendent v̄ à ventis contrariis, v̄ à situ locorum, v̄ ab utrâque causâ simul, 1.° quando oriuntur à duobus ventis contrariis qui determinant aërem ad motum circularem, solent gyrare tendendo à centro ad circumferentiam, quarè tunc excitato turbine in aquæ superficie, attollitur aqua et intumescit in medio turbinis, q̄a aqua minus premitur in illâ parte ab aëre qui conatur recedere à centro turbinis, sicut enim in vorticibus fluminum aër subingreditur in mediam partem vorticis, ità

similiter in vorticibus aëris aqua attollit-
ſeſe in mediam partem vorticis. 2° quando
oriuntur à ſitu locorum, ſolent gyrare tendendo
à circumferentiâ verſus centrum, et tunc
ſi ſint vehementiores, tecta domorum evellunt,
et arbores erradicant.

articulus 3.us

de meteoris ignitis.

meteora ignita ſt tonitru, fulgur, fulmen,
&c. theſis 1.a tonitru ſivē fragor et roboatus
cœli tonantis oritur ē à ſubitâ exalationum
inflammaõne, ē à præcipiti lapſu nubis ſupe-
rioris in inferiorem.

pur 1.a pars. exhalationes ſulphureæ et
nitroſæ q̄ continentur in nubibus præſertim
æſtate, q̄ poſſunt ſubitò inflammari intrà
duas nubes aut in ſinu magnæ nubis, quin
accenſæ rareſiant et expandantur. ex illâ
autem exhalaõnum magnâ et ſubitâ rare-
factione et expanſione ſequitur magna cum
compreſſio aëris, qui compreſſus reſtituit ſe
et ex illis vicibus compreſſionis et dilataõ-
nis in aëre oriuntur vibraõnes in quibus
conſiſtit ſonus; qui ſonus multùm roboratur
p̄ varias reflexiones et repercutiones factas

à nubibus; quemadmodum pulvis pyrius intra tormentum bellicum accensus magnum fragorem excitat, et propter suam dilataonem et propter variam repercutionem tormenti bellici.

confirmatur. nam mara tonitrua oriuntur ab iisdem causis à quibus oriuntur et fulgura, cùm excitentur eodem tempore, ḡo sicuti fulgura oriuntur à subitâ exhalaonum inflammaone, ut probabitur inferiùs, ità etiam tonitrua.

pũr 2.da pars. nubes superior ō pt cum magno impetu in inferiorem incurrere sinè magno fragore. nam tunc aër intrà duas nubes inclusus magnâ vi comprimitur, et deindè p̄ vim elasticam restituit se. et undè sequuntur vibraones sufficientes ad excitandum fragorem.

Dices. 1.º gratis supponitur nubes superiores aliquandò decidere in inferiores, 2.º ō intelligitur quomodo magnus fragor possit excitari ab illo precipiti lapsu nubis superioris in inferiorem.

R̄eō ad primum, n̄o. nam aliquandò accidit ut nubes altiores in aliquâ sui parte v̄ à vento superiori et calido vel à

radiis solaribus liquefiant. undè efficiuntur graviores aëre ambiente, ac proindè descendunt.

ad secundum, nō. nam cùm aër subjectus extremitatibus utriusque nubis faciliùs expellatur quam aër medius, diversimodè det arcuari utraque nubes, et aër medius validè comprimit, ac proindè edere magnum fragorem.

obes. ōpt explicari 1.º cur tonitru aliquandò edat roboatus repetitos, 2.º cur rarò fit tonitru sinè fulgure. 3.º cur aliquandò cadat imber facto tonitru.

Rēo ad primum, rāo petitur v à diversis echonibus sonum reflectentibus intrà valles, v ex lapsu successivo plurium nubium, vel ex eo q̄d eadem nubes succ^{essivè} in partes varias discindatur.

ad secundum, rāo provenit ex eo quod tonitrua plerumquè oriuntur ex subitâ inflammaōe exhalaōnum,

ad tertium, illud provenit ex eo quod liquatio nubium sequatur inflammaōnem exhalaōnis.

thesis 2.ª fulgur oritur ex halitibus ignitis sulphureis, oleosis, et nitrosis inter nubes accensis.

pūr. fulgur ō pt oriri nisi ex māâ facilè inflammabili. aq nulla alia pt ēē hujusmodi māa

in atmoſpherâ aëris præter halitus ſulphureos, oleoſos, nitroſos et alios id genus ſpiritus.

Dices. opt explicari 1° quomodo reperiantur in nubibus illi ſpiritus, 2° quomodo ibi poſſint accendi. 3° cur hyeme rarius ~~faciebus~~ fulguret quam æſtate. 4° cur cœlo ſereno fulguret aliquandò; tunc enim ō ſt halitus intrà nubes. 5° cur ō excitetur tonitru quoties fulgurat.

Reſp. ad primum, illi ſpiritus p̄ æſtatem inter nubes magna copia continentur, quia ſolis calore ex oibus corporibus debent intrà aërem halitus continuò aſſurgere.

ad ſecundum, halitus illi à variis cauſis poſſunt intrà nubes accendi. 1° quidem p̄ incurſum nubium pt colligi magna halituum copia, et p̄ eandem nubium colliſionem poſſunt accendi. ſic pulvis pyrius accenditur aliquandò colliſione lapidum aut corporum vicinorum. 2° p̄ fermentationem, ſi nempè halitus etherogenei permiſceantur, ex quâ permixtione oritur effervescentia et inflammatio. ſic aceto in calcem affuſo oritur flamma, 3° p̄ leviſſimum calorem: illi enim halitus poſſunt eē aliquandò ita ſubtiles et ad incenſionem ità diſpoſiti, ut

caloris acceſſione ſive à vento calido ſive ab aliâ quâcumque cauſâ ſubitò inflammentur.

ad tertium, rāo ē qā hyeme tanta halituum copia ō continetur inter nubes; qā ſcilicet cùm exhalaōnes graviores ſint vaporibus, ad illas elevandas mãri calore opus est quam ad vapores elevandos.

ad quartum, rāo ē qā nubes in quibus halitus illi accenduntur ō ſt multùm depreſſæ infrà horiſontem. quarè radii luminis per reflexionem aut p refractionem poſſunt perveniire ſuprà horiſontem.

ad quintum, rāo ē qā quoties accenduntur illi ſpiritus nitroſi, ō ſt multùm compreſſi. quarè tunc poſſunt quidem impellere globulos cœleſtes, atque ità excitare fulgur, ſed aërem ō ſatis validè impellunt ut ſonus propagetur ſaltem ad magnam diſtantiam, res patet exemplo pulveris pyrii, qui ſi non compreſſus accendatur, flammam quidem excitabit ſed ō fragorem.

theſis 3ª. fulmen oritur ab iiſdem halitibus nitroſis, ſulphureis et oleoſis in nubibus accenſis, qui præ concepto impetu ad terram uſquè exploduntur.

pūr. 1º certum ē fulmen ēē exhalaōnem accenſam: nam quoties fulminat videtur

in aëre ignis discurrens. 2°. certum ē exhalaonem illam ēē sulphuream, nitrosam et oleosam: nam post lapsum fulminis loca fulmine icta, sulphuris, nitri, et bituminis odore inficiuntur. 3°. certum ē etiam hujusmodi exhalaones in nubibus accendi. nam è nubibus discissis magno impetu exhalao accensa videtur prosilire.

Quæres qdnam sit discrimen inter fulgur et fulmen.

Rēo fulmen differre à fulgure quatenus fulmen oritur v̄ ab exhalaonibus crassioribus v̄ à māri copiâ exhalaonum. fulgur verò oritur v̄ ab exhalaonibus rarioribus v̄ à m̄ri copiâ exhalaonum. hinc aliquandò fulgurat sinè fulmine, q̄a exhalaones consumuntur antequam perveniant usquè ad terram. fulminat verò quando illæ exhalaones ad terram usquè perveniunt antequam consumantur.

obēs. ō p̄t explicari 1°. cur fulmen tantâ celeritate decidat. 2°. cur aliquandò heat vim evertendi turres, edificia. 3°. cur aliquandò comburat vestimenta et capillos, carnem verò et ossa relinquat intacta. 4°. cur aliquandò disrumpat ossa, quin noceat carni; ensem

liquet intactâ vaginâ. 5° cur rariùs cadant fulmina quam audiatur tonitru. 6° cur frequentiùs cadat in loca sublimiora quam in depressiora. 7° cur ad arcendum fulmen juvet fenestras claudere. 8° cur vinum in cellis vinariis soleat turbari et acessere quando vehementiùs tonat. 9° cur fulmen aliquandò obliquè, aliquandò perpendiculariter decidat. 10° undè varii illi flexus p quos fulmen sæpè discurrit. 11° cur campanarum et tympanorum sonitu fulmen avertatur. 12° cur fulmen appareat plerùmque hēre figam oblongam, et aliquandò figuram sagittæ tricuspidis.

Rēō ad primum, magna fulminis velocitas oritur ex eo qđ exhalaōnes q̄ fulmen efficiunt celeriter inflammētur in nube valdè compressâ. quarè tota flamma è nube discissâ valido impetu explauditur.

ad secundum, rāo ē qā partes illius flammæ præter motum communem quo exploduntur à nube discissâ hent motum proprium, quo motu pernicissimo agitatæ, penetrant in meatus, rimulas, aliosque hiatus parietum. undè impellunt partes parietis à medio ad latera perindè ac si pulvis pyrius ibi eet accensus. præterea ignis ille intrà crassitiem edificiorum incendit plerùmque aliōs spiritus

inflammabiles; qd fieri ō pt quin corruant ædificia.

ad tertium et quartum, illud pendet à diversâ nâã halituum ex quibus fulmen constat. si enim rariores sint et sulphurei, flammam debilem excitat q̄ capillos quidem et vestimenta comburit, sed q̄ nocere ō pt corporibus, q̄ difficilius inflammantur carni v.g. et ossibus, sic quando linteolum spiritu vini madefactum admovetur flammæ ignis, statim incenditur spiritus vini in poris linteoli existens, nec tm comburitur linteolum, si verò halitus illi constent partibus crassioribus et rigidioribus, q̄ mari impetu agant in corpora q̄ magis resistunt, tunc ossa comminuentur carne illæsâ. halitus enim illi faciliùs fluent p̄ poros carnis latiores, quam p̄ poros ossium qui st strictiores, similiter faciliùs fluent p̄ poros vaginæ quam per poros ensis . . . similes effectus explicabis p̄ halitus diversi generis ex quibus constant diversa fulmina. halitus enim unius speciei apti st ad dissolvenda q̄dam corpora, et nullatenùs agunt in alia: sicuti dicitur de diversis liquoribus respectivè ad varia

corpora. rão ulterior ē qā 1.° pro diversa halituum atherogeneorum permixtione excitatur flamma ꝟ tenuior, ꝟ crassior, vel debilior. . . 2.° pro diversâ figâ particularum quibus constat talis flamma, faciliùs ꝟ difficiliùs ſe insinuat in ca̅dam corpora quam in alia.

ad quintum, rão ē qā ſæpiſſimè exhalão accensa et edens tonitru conſumitur antequam perveniat ad terram, et tunc ē fulgur et ꝯ tonitru ſine fulmine.

ad ſextum, rão ē qā 1.° ſæpè fit ut pabulum illius ignis conſumatur antequam fulmen perveniat ad loca depreſſiora. 2.° qā ventus à quo defertur illa flamma faciliùs incurrit in loca altiora.

ad ſeptimum, ideò ad arcendum fulmen juvat interdum fenestras claudere, qā ventus à quo flamma defertur, determinatur ad ſubeundum p̄ fenestram patentem.

ad octavum, rão ē ꝟ qā vehementiori aëris motu partes vini in ſe invicem vehementiùs incurrentes ſeſe mutuò collidunt, et figam immutant; ꝟ potiùs qā tunc temporis fermentum aliqͥd immiſcetur partibus aëris, qd̄ pt̄ eē causa fermentaões et corruptionis in vino. confirmatur. nam constat vinum in tubo hermeticè obturato contentum nihil amittere de ſuâ vi et ſapore etiam quando

vehementius tonat.

ad nonum, prout nubes inferior in latere in medio diſcinditur, fulmen obliquè vel perpendiculariter decidit.

ad decimum, varii illi flexus proveniunt et à diverſo aëris motu, cui illi halitus accenſi facilè obſequuntur, et à diverſâ halituum ſerie cui occurrunt halitus accenſi et à tunc accenditur.

ad decimum primum, ratio est quia aëris commotione nubes expellitur. ſi tamen nubes perpendiculariter incumbat campanarum turri, aliquando fulmen tali ſonitu determinatur ad decidendum in eum locum, quia commotione aëris nubes determinatur ad dehiscendum in parte inferiori quo tempore exhalatio incenditur. potest etiam fieri quod ſpiritus aetherogenei apti ad flammam excitandam, per ſubitam fermentationem determinentur ad mutuam permixtionem propter illam commotionem aëris quae pervenit uſque ad nubem.

(Quaeres 1.º an quando fulminat emittatur è nubibus)

ad decimum ſecundum, ratio est 1.º quia ſicuti carbo ſummâ celeritate vibratus apparet relinquere longum flammae tramitem, ita ignis ille propter ſummam celeritatem quâ delabitur debet apparere longior quam

sit. 2°. dēt hēre diversas cuspides v̄ prout ē diversis partibus nubis simul emittitur, vel prout in suo descensu variè dividitur agitaōne aëris.

Quæres 1° an quando fulminat decidat ē nubibus lapis fulmineus, qualem multi se vidisse testantur.

R̄eo negativè. nam fulmen vulnerat ꝑplerumque sine contusione saltem sensibili. gō ō ē lapis. qđ verò spectat ad lapides fulmineos, dico nihil aliud ēē quam lapides vulgares igne fulmineo ictos, denigratos, et fulminis odore infectos.

Quæres 2°. unde oriantur cætera meteora ignita, v. g. stellæ discurrentes, trabes accensæ, draco volans.

R̄eo illa oriri similiter ex halitibus in aëre accensis. nam cùm sint plurimi halitus inflammabiles in aëre dispersi qui vel aëris commōone, v̄ particularum fermentatione et collisione accendi possunt, facilè generantur in aëre varia meteora ignita. illi autem ignes ~~validis~~ variis nominibus donantur ꝓ variâ figâ aut determinaōne exhalaōnis accensæ. si enim exhalaōnes in longum protensæ ab unâ extremitate usquè ad aliam successivè inflammentur, dicuntur stellæ discurrentes. si trabis instar

transverſim jaceant et inflammentur, dicuntur trabes accenſæ, ſi in medio craſſiores ſint quam in extremitatibus, dicuntur dracones, ſi verò ſtent erectæ, dicuntur columnæ ignitæ, ſi exhalaōnes ſint in varios flexus diſpoſitæ, dum ſucceſſivè inflammantur flamma videtur ſubſultare, et idcircò apellatur capra ſubſultans. ſi exhalaōnes illæ ſint terræ propiores et rariores, flammam valdè tenuem excitant: undè huc illucque diſcurrunt ſinè ullâ lege pro variâ aëris commōne, et dicuntur fatui ignes, qui ſequentes fugiunt, et fugientes inſequuntur. illi autem ignes fatui educuntur plerumquè è locis pinguioribus, ſemeteriis v. g. locis paluſtribus, cloacis, &c.

articulus 4.us

de meteoris ſplendentibus lumine alieno.

de iis meteoris egimus ubi de iride.

Caput 2.um

de igne.

ignis constat particulis tenuiſſimis, rigidis, motu vehementi et vorticoſo agitatis. illud ſequitur ex iis quæ pluribus in locis diximus neque indiget probatione. cætera etiam quæ ad ignem pertinent facilè poteris inferre ex dictis ubi de calore, fermentatione et rarefactione.

Caput 3.um

de aquâ.

præmitto 1.o partes aquæ inſenſibiles ſunt longiusculæ, teretes, leves, et flexibiles. hinc facilè explicatur 1.o quarè facilè ſeſe inſinuent intrà poros corporum quæ madefaciunt; quia ſcilicet ſunt longiusculæ. 2.o quarè facilè ſeſe accommodent omnibus angustiis nempè propter ſuam flexibilitatem. 3.o quarè aliæ ſuprà alias labi poſſint nec ſuum motum mutuò impediant, nempè propter ſuam figuram teretem, et ſuum lævorem.

præmitto 2°. ex dictis paſſim facilè explicatur cur aqua ſit frigida. cùm enim illius partes ſint leves et flexibiles facilè poſſunt quoſcumque motus accipere, ac proindè facilè extinguunt aut minuunt motum vertiginis aut vibrationis. . . 2°. cur aqua ſit gravior aëre, quia partes aquæ oblongæ et leves ſibi mutuò meliùs cohærent quam partes ramoſæ aëris. . . 3°. cur aqua poſſit tergere corporum ſordes. . . 4°. cur corpora aquâ madefacta facilè poſſint exſiccari, quia nempe partes aquæ oblongæ et flexibiles è poris corporum facilè extrahuntur et avolant.

præmitto 3°. variæ ſunt aquæ proprietates, nam 1°. aqua est poroſa, 2°. est compreſſibilis, ſi enim vas cupreum aquâ plenum malleo contundatur iteratis vicibus, deindè facto foramine aqua magno impetu ſurſùm erumpit. 3°. aquæ aliæ ſunt calidæ, aliæ frigidæ, aliæ ſulphureæ, aliæ metallicæ pro diverſitate locorum per quæ decurrunt.

præmitto 4°. variæ ſunt aquarum collectiones, maxima collectio appellatur mare, aliæ collectiones minores ſunt fontes et fluvii.

itaque hic 1°. agemus de mari. 2°. de fontibus et fluviis.

articulus 1.us

de mari.

hic 1.º de æstu maris. 2.º de aliis motibus maris. 3.º de quibusdam aliis proprietatibus maris.

paragraphus 1.us

de æstu maris.

præmitto 1.º æstus maris ē motus ille reciprocus quo mare ad littus nunc accedit et dicitur fluxus sivè intumeſcentia; posteà à littore refluit et recedit, et dicitur refluxus sivè detumeſcentia. in fluxu aquæ maris tendunt à zonâ torridâ versùs polos, in refluxu à polis versùs zonam torridam.

præmitto 2.º triplex ē æstus marini periodus, diurna ſcilicet, menstrua, et annua. periodus diurna consistit in eo qd ſingulis diebus intrà ſpatium viginti quatuor horarum et quadraginta octo minutorum bis recurrat fluxus, et bis quoquè contingat refluxus; ita ut ſi aquæ hodiè incipiant in aliquo portu intumeſcere horâ ſextâ matutinâ, creſcat intumeſcentia uſquè ad meridiem, tunc quе ē maxima aquarum intumeſcentium altitudo, et breviſſimo tempore perſeverat, donec paulatim à meridiè uſquè ad horam circiter ſextam vespertinam detumeſcant aquæ. ſed iterùm

ab horâ circiter ſextâ veſpertinâ uſque ad mediam noctem intumeſcunt aquæ, et à mediâ nocte uſque ad horam ſextam matutinam iterùm detumeſcunt. qd tm ità intelligendum ē ut ſinguli fluxus et ſinguli refluxus durent paulò plus quam ſex horas. undè ſi jam hodiè, ut jam diximus, fluxus incipiat horâ ſextâ matutinâ, craſtinâ die recurret fluxus ō horâ preciſè ſextâ, ſed horâ circiter ſeptimâ.

periodus menſtrua in eo conſiſtit qd ſingulis menſibus mares fiant æſtus in pleniluniis et noviluniis, mires verò in quadraturis, ità ut conſtanter obſervetur à pleniluniis et noviluniis uſquè ad quadraturas æſtus quotidianos decreſcere, et rurſus à quadraturis ad novilunia et plenilunia æſtus nova ſemper et nova ſuſcipere incrementa.

periodus annua in eo conſiſtit quod maximi ōium æſtus contingant in noviluniis et pleniluniis ā ū concurrunt cum equinoxiis, ū contingunt propè tempus equinoxiorum. mires verò ſt qui contingunt circà novilunia aut plenilunia ſolſticialia.

præmitto 3.º carthesius maris æstum retulit ad aquarum pressionem ortam ex præsentiâ lunæ, modo quo inferius explicabimus. newto voluit aquas sublunares ō modò ō deprimi, ut placuit carthesio, sed elevari propter attractionem lunæ. undè æstum maris refert ad minorem aquarum sublunarium gravitatem ortam ex attractione lunæ. alii æstum maris repetunt à fermentaōne aquarum ortâ ex influentiâ lunæ: alii ad ignibus subterraneis, alii ab aliis causis.

præmitto 4.º certum videtur lunam potissimum influere in æstum maris; nam aliter ō pt explicari connectio illa maxima et constans q̄ observatur inter æstum maris et lunæ periodum, q̄ connectio triplex ē. nam 1.º duo præcise fluxus et duo refluxus contingunt quo tempore luna diurnam revolutionem peragit, et quoniam luna horas ferè viginti quinque in unâ revolutione conficiendâ impendit, tantumdem præcise temporis elabitur inter duos fluxus maris et duos refluxus. 2.º mares ft æstus in noviluniis et pleniluniis, et indè usque ad quadraturam fiunt mires decrescendo.

3º. æstus autem maximi contingunt in novilu=
niis et plenilunniis quæ concurrunt cum equino=
xiis.

præmitto 4º. valde incertum est quomodo luna
influat in æstum maris, sed quia in propug=
nandâ carthesii sententiâ emicare solet nostrorum
ingenium adolescentium, illam, licet fortè
principiis nostris, non satis coherentem, trademus,
ne scilicet publicas theses propugnaturis
desit nostris aliquid quod valeat ad conciliandam
ingenii et doctrinæ famam. quarè sit

thesis unica, æstus maris potest repeti
ab inæquali pressione materiæ ætheræ, quæ pressio
major est sub lunâ quam alibi.

explicatur et probatur. 1.º corpora solida
minus celeriter moventur quam liquidum
à quo rapiuntur, ut constat experientiâ, et
observare licet in navi quæ à profluente im=
pellitur. . . . 2.º cùm luna tardius mo=
